



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Sponsalia Et Matrimonium**

**Schmalzgrueber, Franz**

**Ingolstadii, 1726**

Titulus III. De Clandestina Desponsatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75229](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75229)

## TITULUS III.

## De clandestina Desponsatione.

**M**atrimonium, quod Desponsationis nomine hic intelligitur, clandestinum esse tripliciter potest. 1. Ob Denuntiationes omittas, nulla interveniente Dispensatione. 2. Quod celebratum non

sit in facie Ecclesiae, seu coram Parocho, & testibus. 3. Quod non sint adhibita solennitates: sed hoc rectius minus solenne Matrimonium dicitur, neque ad Titulum praesentem pertinet.

## §. I.

## De Matrimonio clandestino per defectum Denuntiationum.

## S U M M A R I U M.

1. Denuntiationum definitio.
2. Praemitti debent Matrimonio.
3. Et si per eas detegatur Impedimentum, Matrimonium interdicti.
4. Ijs non praemissis, seclusa dispensatione, contractum, illicitum est.
5. 6. Et quidem graviter.
7. Licet constet nullum subesse impedimentum.
8. 9. 10. 11. Valide tamen contrahitur, etiam omittis Denuntiationibus.
12. Regulariter saltem Denuntiationes fieri debent in Ecclesia, inter Missarum solennia.
13. Si contrahentes sint ex diversis Parochijs, denuntiandum Matrimonium in utraque.
14. In loco, in quo contrahitur Matrimonium, non est necessarium denuntiandum.
15. Sc. Quid si Sponsi, antequam denuntiarentur Matrimonium, Domicilium suum aliud transulere?
16. Denuntiatio debet esse trina.
17. Fieri debent tribus diebus festis continuis.
18. Si die non festo sit magnus affluxus populi ad Divina, possunt ille fieri etiam tali die.
19. Dispensare in ijs potest ex causa iusta Ordinarius.
20. Quis veniat nomine Ordinarii?
21. 28. 29. An Denuntiationes remittere possit etiam Vicarius Generalis?
30. 31. 32. An Episcopus potestatem in his dispensandi delegare alteri?
33. Sc. Quae sint causae iustae dispensandi in Denuntiationibus?
34. 40. 41. Qualis ad hoc requiratur causae cognitio?
42. Sc. An aliquando Parochus ipse conjugere Matrimonio Sponsos possit, non praemissa Dispensatione Ordinarii?
43. Sc. An, & quando Ordinarius teneatur dispensare in Denuntiationibus?
44. Sc. Quae sit obligatio populi ad manifestandum impedimentum post factas Denuntiationes?
45. Sc. An ad manifestationem obligetur, qui impedimentum sub secreto novit?
46. Vel qui novit id solus?
47. Vel auditu tantum.
48. 49. 60. An impedimentum suum manifestare Ordinario interroganti teneatur ipsimet contrahentes?
49. 61. Quod sit officium Parochi, si impedimentum aliquod inter Sponsos latens, ad ipsum delatum est?
50. Sc. Vel illud aliunde novit extra Confessionem?
51. 62. 67. Quid si novit, in eo Sponsos dispensatos esse pro foro interno?
52. 63. 69. Quomodo se Parochus debeat gerere, si impedimentum intellexit in ipsa Confessione Sacra mentali ab alterutro contrahentium?
53. 70. 71. An Denuntiationes omisse suppleri debeant post Matrimonium contractum?
54. 72. Quomodo peccent conjuges ante Denuntiationes suppletas Matrimonium consummando?
55. 73. 74. Si culpabiliter omittis Denuntiationibus, Matrimonium ob impedimentum occultum invalidum sit, in penam omissionis proles inde susceptae illegitimae sunt.
56. 75. 76. Quod procedit, quaecumque illud sit impedimentum dirimens.
57. Si tale sit, quod per Denuntiationes detegi potest.
58. Quid dicendum, si Matrimonium, omittis Denuntiationibus, contractum sit valide?
59. 80. 81. Quid, si invalide quidem contractum sit, sed postea publicetur, & quia impedimentum non detegitur, ab Ecclesia approbetur?
60. An ita contrahentes Matrimonium sperare dispensationem super Impedimento postea detecto possint? Respondetur negative.
61. Et hoc intelligendum etiam de Dispensatione Pontificia.
62. Hinc omisso Denuntiationum in supplicatione debet exprimi.
63. Intelligi hoc debet, quaecumque sit Impedimentum Dirimens.
64. Et extenduntur poene istae etiam ad casum, quo Matrimonium tale contractum est coram Parocho, & testibus.

§7. Parochus, vel sacerdos alius assistens Matrimonio, non præmissis. Denuntiationibus, incurrit suspensionem triennem.

§8. Et hanc incurrit etiam Parochus, si Matrimonium ita contrahendum non impedit.

**Q**uæritur 1. Quid sint Denuntiationes, quæ præmitti solent, & debent Matrimoniali Contractui? *¶* Denuntiationum nomine intelliguntur proclamationes, sive admonitiones publicæ, quæ præmittuntur Matrimonio contrahendo in eum finem, ut si quis aliquid impedimentum Canonicum novit inter Sponsos, intra terminum competentem illud manifestet Parocho, ad ejus investigationem obligato ex officio, & præcepto Concilij Lateranensis, quod refertur c. *fin. pr. h. tit.*

**2** Quam Constitutionem innovârunt Concilij Trid. PP. dum *Sess. 24. c. 1. §. cui malo, de reform. Matr.* præceperunt, ut *imposterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festivis, in Ecclesia, inter Missarum solemnias &c. publicè denuntietur, inter quos Matrimonium fit contrahendum &c.*

**3** Quodsi probabilis conjectura afferatur subesse Impedimentum aliquod, interdicti Matrimonium debet Sponsis, donec cognoscatur, utrum Impedimentum tale verè subsit. Hinc diversa est ratio Matrimonij contrahendi, & jam contracti; nam ad impediendum Matrimonium contrahendum non requiritur plena probatio, quæ tamen requiritur ad illud dissolvendum. *Ratio disparitatis est*, quia in primo casu agitur de peccato vitando, quod committeretur, si contraheretur Matrimonium in casu prohibito; de peccato vitando autem non agitur in casu secundo, quippe quo conjuges defenduntur beneficio possessionis, per Matrimonium bona fide contractum obtentæ.

**4** Quæritur 2. An licitum sit Matrimonium absque dispensatione, Denuntiationibus non præmissis, contractum? *Certum est*, esse illicitum, ut rectè advertunt Navar. *Man. c. 16. n. 36.* Sanch. *l. 3. de matrim. D. 5. n. 6.* Gutier. *de matr. c. 56. n. 4.* Conink *D. 27. de matr. dub. 5. n. 51.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 9.* Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 32. n. 2.* Herinx. *in fin. h. tit. n. 10.* Gonzal. *ibid. n. 7.* Pirhing. *hic n. 27.* Schambog. *n. 23.* Wiestner *n. 3.* Reiffenstuel *n. 4.*

**5** *Dubitari potest*, quale peccatum sit Denuntiationes absque debita dispensatione omittere? *Sotus in 4. dist. 23. q. 1. art. 2. c. 11.* censet non esse mortale, nisi casu, quo Statuto particulari Diocesis contra omittentes lata est poena Excommunicationis. Cujus sententiam mitigat Petr. de Ledesma, & licet *q. 45. de matr. art. 5. punct. 1. dub. 3. concl. 1. §. 2.* puret sententiam Soti fuisse veram ante Trid. tamen *p. 3. dub. 1. concl. 1. §. 2.* docet post Trid. esse

peccatum mortale. *Excipit casum*, si Parochus adhibuisset diligentiam debitam ad excutiendum, an subsit aliquod impedimentum; tunc enim Parochum, qui eas omittet, nisi omissioni itatura esset Excommunicatio in Diocesi, putat peccatum venialiter tantum, quod hac diligentia adhibita, omisio reputetur res levis.

Sed dicendum, eo casu peccare lethaliter tam Parochum assistentem Matrimonio, quam ipsos contrahentes, si Denuntiationes culpabiliter omittantur. Ita præter *citt. Sylv. V. Matrimonium 2. q. 17. dict. 3.* Paludan. *in 4. dist. 28. q. 2. art. 1. n. 10.* Carrerius *l. 4. de Sponsal. c. 7.* Henriq. *l. 11. de matr. c. 7. n. 1.* in *Comment. lit. C. Ludov. Lopez p. 1. Instru. de matr. c. 39. fol. 1060. col. 1. §. sed si quis*, & unanimes cæterorum. Sumitur 1. ex verbis tum *Concil. Later. relati c. fin. h. tit.* tum Trid. *c. 1. cit.* nam Lateranense *l. cit.* utitur verbis gravibus, & grave præceptum significantibus, *Penitus inhibemus, prohibentes etiam, nequis Sacerdos talibus conjugijs interesse præsumat*: quod Decretum innovans Trid. verba similiter præceptiva adhibet. **2.** Ex gravitate materiæ, & finis; intenditur enim per Denuntiationes, ut recitari, an nullum inter Sponsos impedimentum subsit, propter quod Matrimonium non subsisteret. **3.** Ex gravitate poenarum, quas Trid. sine Denuntiationibus Matrimonium contrahentibus infligit; nam poenæ istæ tales sunt, ut non nisi graviter delinquentibus infligi soleant.

*Neque refert*, quamvis tubinde constet, nullum Impedimentum subesse, ut bene notant Pirhing, Schambog. *l. citt.* quia Lex non definit obligare, evanesci ejus ratio in particulari hic & nunc cesset. Quod intelligendum est, si omnes Denuntiationes omittentur; nam si aliqua tantum omittatur casu, quo moraliter certum est, nullum subesse Impedimentum, Sanch. *l. cit. n. 7.* Barbof. *n. 5.* Pirh. Schamb. *l. citt.* putant omissionem illam peccatum mortale non fore, quod levis materia sit, partialisque præcepti. Conink tamen *n. 51. cit.* judicat id sine gravi causa non facile admittendum; & talem Parochum ait graviter ab Episcopo puniendum; quia res hæc non debet relinquì Parochorum arbitrio.

**Quæritur 3.** An Matrimonium absque dispensatione, Denuntiationibus non præmissis, contractum sit validum? Negant aliqui tacito nomine relati apud Sanch. *l. 3. de Matr. D. 5. n. 2.* cui sententiæ patrocinari viderur. **1.** *Regula 64. in 6.* juxta quam, *que contra Jus sunt, debent utique pro infectis haberi.* **2.** Jus Civile *l. non dubium 5. c. de Legib.* ubi Theodosius, & Valentinianus Imp.

Nullum pactum, inquit, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt, Lege contrahere prohibente. 3. *Authoritas Trid. quod c. 1. cit. de contractu Matrimonij agens, per ablativum absolutum, Denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, permittit, ut ad celebrationem Matrimonij procedatur.* atqui ablativus absolutus conditionem importat *l. à testatore 109. ff. de condit. & demonstr. conditio autem formam l. qui heredi 44. & l. Mevius 55. ff. eod. omittit vero formam in quacunque minima parte vitiat actum l. temporibus 1. in fin. ff. de inspic. ventr. 4. ratione: quia Trid. c. 1. cit. Parocho concedit potestatem assistendi Matrimonij, non absolutam, sed limitatam, scilicet præmissis Denuntiationibus. igitur non præmissis Denuntiationibus, assistendo Matrimonij, fines potestatis sibi concessæ excedit, eique assistit, non ut Parochus, sed ut privatus, requiritur autem ad valorem Matrimonij præsentia Parochi, ut Parochus est. ergo assistendo, non præmissis Denuntiationibus, nihil agit, & invalida est ipsius præsentia. 5. *Trid. l. cit. constituit ordinem, quo procedendum est ad Matrimonium celebrandum, nempe ut præcedant Denuntiationes, & ut istæ fiant tribus diebus festis continuis, & tandem ut ipse contractus celebretur coram Parocho, & testibus, atqui forma actus nihil aliud est, quam quædam ordinata series rem ad substantiam deducens, ut cum Baldo tradit Decius in l. hac consultissima n. 10. C. qui testam. facer. poss. igitur totus hic ordo est de essentiali forma.**

9. Sed omnino tenendum est, quod Matrimonium tali casu contractum adhuc sit validum. Ita Navar. *Mau. c. 22. n. 72. Henriq. l. 11. c. 5. n. 1. Gutier. p. 1. de Juram. c. 51. n. 21. & de Matr. c. 56. n. 2. Sanch. D. 5. cit. n. 3. Comak D. 27. de Sacram. dub. 1. n. 10. Pont. de Matr. l. 5. c. 30. n. 2. Layman. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 9. Barbof. de Offic. Epif. alleg. 32. n. 1. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 1. n. 2. Bosco p. 5. de Matrim. D. 11. sect. 10. concl. 1. Zypæus l. 4. consult. 2. n. 3. & consult. 5. n. 1. §. itaque. Gonzal. in c. fin. h. tit. n. 7. Vallens. hic n. 5. Honor. n. 6. Pirhing n. 27. Schambog. n. 23. Wiestner n. 5. Reiffensuel n. 15. Magnif. P. Schmier p. 3. de sponsal. & Matr. c. 5. n. 174. & confirmatur ex pluribus Declarationibus Cardd. quarum una apud Bosco l. cit. n. 6. habet: 3. *Congr. Concil. censuit, Matrimonium contractum, non præmissis Denuntiationibus, nisi aliud obstat, irritum non esse.**

10. Ratio est, quia si Denuntiationes de substantia Matrimonij forent, tunc vel fuissent jam de Jure antiquo, vel solum cæpissent esse de Jure novo Trid. neutrum dici potest: non primum; quia non extat ullus Canon, aut Juris antiqui textus, quo irri-

tata sint ejusmodi Matrimonia: imò Trid. c. 1. cit. Anathemate fulminat eos, qui negaverint, Matrimonia, quæ ante Ecclesiæ irrationem clam contracta sunt, vera, & rata esse. *Non secundum;* quia Trid. PP. in suo Decreto solum usi sunt verbis præceptivis, non irritantibus, vel annullantibus contractum, quibus tamen usi sunt, cum agerent de Matrimonio contracto sine Parocho, & testibus. igitur videtur Trid. ipsum fecisse discrimen inter Matrimonium contractum, Denuntiationibus non præmissis, & inter Matrimonium contractum sine Parocho, & testibus, & primum prohibuisse solum, alterum etiam irritasse. Accedit, quia si Denuntiationes essent de substantia, non possent subungi Matrimonio jam contracto; individuum enim est, quidquid ad solennitatem actus pertinet, ut nec dividi, nec separari ab actu possit *l. cum antiquitas 28. C. de Testam. & l. Heredes palam 21. ff. qui Testam. facer. poss.* Denique quoties dispositio præfigens tempus, concedit Judici arbitrium in prorogatione temporis, non dicitur illud de forma, ut bene probat Felin. in c. cum dilecta n. 6. §. octavum signum, limit. 1. de Rescript. sed Trid. c. 1. cit. concedit Ordinario arbitrium in prorogandis, vel omittendis Denuntiationibus. ergo eæ non pertinent ad formam, & essentiam Matrimonij.

Neque obstant Argumenta opposita.

*Ad 1. & 2. ut rectè Perez de Matr. D. 43. sect. 1. n. 4. Pal. tr. 3. D. 2. p. 8. n. 2. & 3. & alij monent, textus allegati intelligi solum debent de Jure, sive Lege, quæ non sistit intra prohibitionis terminos, sed utitur verbis irritantibus, aut formam substantialem præscribit actui. Accedit, quia, ut Regulæ instar tradit Decius in c. 2. de testib. n. 17. §. secus si temporalis, & Rota in noviss. tom. 1. decis. 750. c. 1. specialis Matrimonij favor est, quod nunquam irritetur prohibitione simplici, & quæ clausulâ irritante non muniatur. Ad 3. Ea conditio jam antiquo Jure requirebatur. igitur ejus expressio nihil novi operari debet, præsertim cum ipsum Trid. l. cit. Denuntiationes requirit, & fieri præcipiat vestigiis sacri Concilij Lateranensis inbarendo, ex cujus Decreto ad substantiam non requirebantur. Ad 4. Parocho datur limitata potestas quoad rectè, & ritè agendum, dum Trid. præcipit, ut Denuntiationes præmittat; non tamen quoad validè agendum: hinc Matrimonio assistens, omittis Denuntiationibus, adhuc assistit, ut Parochus. Ad 5. Solum defectus formæ substantialis actum vitiat. ad hanc autem non pertinet ordo hic præscriptus, ut est ostensum.*

Quæritur 4. Ubi Denuntiationes Matrimonij fieri debeant? *Certum est 1. regulariter saltem eas faciendas in Ecclesia inter Missarum solennia; nam ita statuit*

Innocentius III, in e. *su. pr. h. tit. ibi* : In Ecclesia per Presbyteros publice proponantur. Et quidem per Parochum proprium, ut inuit Trid. *Seff. 24. c. 1. de reform. matr. ibi*, a proprio contrahentium Parocho. Possunt tamen illæ etiam ab alio fieri de Parochi licentia, quamvis is Laicus duntaxat sit; sic enim teste Sanch. *l. 3. de Matr. D. 6. n. 5. su.* alicubi Denuntiationes istæ fieri solent per ædituum. Neque obstant verba *c. su. cit. ibi, per presbyteros*; nam ut Hostiens, *ibid. V. Presbyteros*; Joan. Andr. *n. 7. Alex. de Nevo n. 16.* explicant, per ea verba Pontifex noluit prohibere Parocho, ne vires suas committat alteri quoad Denuntiationes; adhuc enim censentur per ipsum factæ, cum is committat verè, cuius auctoritate, vel mandato - committi probatur *c. mulieres 6. su. de sent. Excomu.*

13 Conuenit inter DD. 2. casu, quo Sponsi ad diuersas Parochias spectant, Denuntiationes faciendas non in una tantum Parochia, sed in utraque. Ita Henriquez *l. 11. de Matr. c. 7. n. 1. Segura p. 2. Direct. Jud. c. 16. n. 19. Gutier. de Matr. c. 56. n. 5. Zerol. prax. Episc. V. Matrimonium*, Sanch. *D. 6. cit. n. 4. Conink D. 27. de Sacram. n. 46. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 10. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 3. n. 2. Bosco p. 5. de Matr. D. 11. sect. 10. concl. 3. Gonzal. in e. *su. h. tit. n. 7. Engl. hic n. 4. Pirhing n. 28. Schambog. n. 24. König n. 8. Reiffenstuel n. 8.* & colligitur ex Trid. *c. 1. cit. ibi A proprio contrahentium Parocho.* Accedit Declaratio Cardinalium, quam allegat Bosco ex Variacio his verbis: Quando Matrimonium contrahitur inter duos de diuersis Parochiis, debent in ambabus fieri Denuntiationes. Idem habetur in *Ritual. Rom. de Sacram. Matr. ibi, Si vir, & mulier Parochia sint diuersæ, in utraque Parochia fiant Denuntiationes.* Ratio est, quia sic facilius deteguntur impedimenta, siquæ se tenerent ex parte unius, vel alterius.*

14 Simili modo exploratum inter DD. 3. est, non esse necessarium, ut semper in eo loco, ac Parochia, ubi Matrimonium contrahitur, Denuntiationes præcesserint; sed potest istud contrahi alibi, ut si duo, in Civitate domicilium habentes, cum licentia, & iusta de causa Matrimonium velint celebrare ruri; vel si post Denuntiationes factas in loco, ubi hætenus habitârunt, aliò migrare, ibique contrahere velint; quia uniuersim Trid. fatissit, si ibidem Matrimonia denuntientur, ubi contracturi Matrimonium tempore Denuntiationum Parochiani sunt. König *n. 8. hic.*

15 Dubium, & non levis Controversia DD. est, in qua Parochia fieri Denuntiationes debeant, quando Sponsi, antequam denuntiaretur Matrimonium, domicilium suum transfulere aliò? Segura *p. 2. Direct. Judic. c. 56. n. 19. Sanch. l. 3. de Matr. D. 6. n. 6.*

Gutier. de Matr. *c. 56. n. 6. Barbof. de potest. Episc. alleg. 32. n. 11.* & communior aliorum, adducta pro se etiam *Declar. Cardd. vult*, eas faciendas in Parochia, in qua diutius versati sunt, & verisimilius est fore, ut facilius sciantur impedimenta, qualis ordinariè est Parochia, ubi Parentis utriusque habitatio est. *Rationem* dant; quia tali modo magis fatissit intentioni Concilij Trid.

Contra Ant. Cuchus *l. 5. Inst. t. 11. n. 29.* dicit, attento Decreto Concil. Trid. fatissit esse, si Denuntiationes fiant in Parochia, in qua celebratur Matrimonium, additque sic PP. Concilij Interpretes declarasse. Videtur istud probari *arg. Trid. c. 1. cit.* ubi expressè disponitur, ut denuntiationes fiant a proprio contrahentium Parocho, atqui Parochus illius Parochia, in qua contrahentes vi domicilij, vel quasi sunt veri Parochiani, & ubi alia Sacramenta, Sepulturam, Verbum DEI, & reliquam animarum curam recipiunt, est verus, ac proprius ipsorum Parochus; nam potest, & debet assistere ipsorum Matrimonio, quod non potest, si verus ipsorum Parochus non esset, ergo &c.

Videtur dissensio hæc tolli posse operatione distinctionis: Vel enim Sponsi, in loco, in quo defacto domicilium, vel quasi habent, jam diu fatiss morati sunt, ita, ut noti ibidem sint fatiss, vel contra recens illuc venerunt, ut pauci ibi eosdem noverint. Si primum, cum Pont. *l. 5. de Matr. c. 30. n. 5. Bosco p. 5. D. 11. sect. 10. concl. 3. n. 59. Reiffenstuel hic n. 11. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 178. & duob. seqq.* dico sufficere, si Denuntiationes fiant in utriusque Parochia illa, in qua tempore Denuntiationum ita habitant, ut ratione Domicilij veri, vel quasi Parochiani illius sint: & hoc probat argumentum secundæ sententiæ.

Si secundum, cum Gutier. Pont. Barbof. Conink, Bosco, Reiffenstuel, Schmier, & alijs dico Denuntiationes faciendas etiam in Parochia, ubi prius Sponsi, vel unus eorum habitaverunt: quod evincit Argumentum sententiæ primæ, & colligitur *arg. c. su. cit.* ubi præcipitur, ut præter Denuntiationes in Ecclesia factas, Presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obijisset. Ratio est, quia ibi melior habetur personarum noticia, an aliquo impedimento affectæ sint. Addidi Denuntiationes faciendas etiam in tali Parochia; nam præterea etiam fieri debent in Parochia Domicilij, vel quasi, ut patet tum ex Argumento sententiæ secundæ, tum etiam ex eo, quia etiam in hoc loco Sponsi contrahere potuerunt Impedimentum vel impediens v. g. per Sponsalia cum alia inita, vel dirimens v. g. per copulam carnalem cum Sorore Sponsæ, igitur fient Denuntiationes in utraque Parochia cumulativè.

Neque obstat Trid. quod *c. 1. cit. vide-19* tur asserere, quod sufficiat, si à proprio con-

trahentium Parocho Denuntiationes fiant; tum quia *cit.* Concilium non corrigit, sed potius confirmat *c. fin. cit.* tum quia finis Concilij idem est, qui Juris communis, scilicet, ut impedimenta, siquæ sunt, facilius detegantur, cui fini nullatenus satisfaceret, si sponsi recenter ad aliquam Parochiam venientes, solummodo ibidem, & non, ubi diutius morati sunt, denuntiarentur, conf. nec Lex Trid. observaretur *arg. Reg. 88. in 6. ibi. Certum est, quod is committit in legem, qui Legis verbum complectens, contra Legis naturam voluntatem.* Quandonam autem fieri debeant Denuntiationes etiam in alia Parochia, quàm in ea, in qua quis defacto ratione domicilij, vel quasi Parochianus est, relinquatur iudicio prudentum, præsertim Ordinariorum, ad quos in casu majoris difficultatis, aut dubij, ubinam Sponsi denuntiarī debeant, recurrere debent Parochi, ut *l. cit.* observant Pontius, & ex hoc P. Reiffenstuel.

20 Ex quo sequitur, non esse universalem Regulam, quod Sponsi semper debeant denuntiarī in Parochia, in qua nati sunt, prout aliqui videntur exigere; quia 1. Concilium solum requirit, ut Sponsi denuntientur in Parochia propria, quæ sæpe non amplius est locus Nativitatis, sed habitationis. 2. Quia non raro contingit, quod aliqui ante annos pubertatis, vel paulò post à loco nativitatis discedant, & per complures annos morentur alibi. 3. Quia contingit nonnunquam, aliquem diutius morari extra, quàm in loco nativitatis suæ. In quibus casibus planè non apparet, cur in loco nativitatis Denuntiationes fiant, cum neque textus, neque finis, neque ratio Concilij Trid. id exigat.

21 Hinc *cit.* P. Reiffenstuel n. 14. concludit, nunquam videri necessarium, ut Denuntiationes fiant in loco nativitatis Sponsorum, quando ipsi jam per quinque, vel sex annos in alio versantur loco, ibique ratione Domicilij, vel quasi Parochiani effecti sunt, præsertim si locus nativitatis multum distet, prout contingit in famulis, & opificibus, nisi forsitan specialis occurreret ratio, aut circumstantia prudens dubium causans, vel aliud exigens. Accedit, quia si locus nativitatis multum distat, ordinariè concurrens una ex causis dispensandi infra referendis. Unde idem *author* adjungit, pro cautela bene facturum Parochum, si ab alienigenis Juramentum exigat, quod sint liberi ab omni vinculo Matrimonij, & Sponsalium.

22 Quæritur 5. Quando Denuntiationes sint faciendæ? R. fieri possunt quocunque tempore, etiam si tale sit, quo Nuptiæ aliàs celebrari prohibentur: conf. fieri possunt etiam tempore Adventus, & in Quadragesima. Gonzal. *in c. fin. b. tit. n. 7.* Ex diebus huic negotio Trid. selegit dies festos, R. P. Schmalzgrueber L. IV.

& quidem inter Missarum solennia, ut *suprà* dictum; quia ad hæc audienda istis diebus ad Ecclesiam major convenit frequentia populi, ut adeo facilius speretur impetranda Impedimenti, si quod subesset, notitia.

Et quidem 1. Denuntiatio hæc debet esse trina; sic enim Trid. *c. 1. cit. ibi. Ter - - publice denuntietur.* Excipitur, si ex causa, quia v. g. timetur, ne Matrimonium malitiosè impediatur, una solum faciendæ sit. Sed tunc non statim post ejusmodi Denuntiationem ad Matrimonij contractum est procedendum; sed aliquo temporis spatio. e. g. duobus, vel tribus diebus est expectandum, ut rectè monent Segura p. 2. *Direct. c. 16. n. 20. § 21. Sanch. l. 3. D. 6. n. 8. Barbol. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 54.* aliàs inutilis foret Denuntiatio.

2. Fieri debent tribus diebus festis continuis, ut iterum decrevit Trid. *l. cit.* Continui autem ex mente Synodi laudatè dicuntur dies festi, inter quos non mediant alia Festa, etsi intercedere possint, ac debeant aliquot dies profesti: idque ut obtineatur finis Concilij, qui est, ut detegantur impedimenta inter utrumque Sponsum fortè latentia: qui non obtineretur tam facile, si Denuntiationes vel citò nimis sibi succederent, vel nimium differrentur; primo enim casu tolleretur tempus necessarium ad detegenda impedimenta, secundo periculum foret, ne Denuntiationibus nimium interruptis, Parochiani illarum obliviscantur. Segura n. 20. *cit.* Sanch. n. 8. Gutier. de Matr. c. 56. n. 5. *§. addit.* Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 10. Pirh. *hic n. 28.* Schambog. n. 24. Zœf. n. 2. Wiestner n. 7. Reiffenstuel n. 6. Caterum volunt Gutier. de Matr. c. 56. *cit. n. 4.* Reginald. *prax. l. 21. n. 225.* Reiffenstuel *hic n. 6.* non mortaliter, sed venialiter tantum peccare Parochum, qui non continuis diebus festis, uno, alteròve etiam non immediatè succedente Festo neglecto, Denuntiationes faceret, dummodo tandiu non differat, ut periculum sit, ne populus obliviscatur Denuntiationum præcedentium; quia videtur esse materiæ levitas.

3. Fieri Denuntiationes, ut dictum est, debent in Ecclesia inter Missarum solennia, prout iterum constat ex Trid. *c. 1. cit.* ob majorem concursum populi, qui ibidem fieri consuevit. Hinc si etiam extra Ecclesiam, & die non Festo ad concionem v. g. audiendam conflueret populus, etiam tali loco, & die denuntiarī Matrimonium posset; quia Concilium, dum præcipit Denuntiationes fieri in Ecclesia, & diebus festis, inter Missarum solennia, solum spectare videtur frequentiam populi, ut scilicet ad multorum notitiam nuptiæ celebrandæ perveniant, quò facilius impedimenta detegantur: unde si finis iste obtineri possit, etiam si Matrimonium denuntietur extra Ecclesiam,

R

8

& die non festo, nihil impedit illud ita denuntiari. Sanch. l. 3. de Matr. D. 6. n. 9. § 50. Laym. c. 4. cit. n. 10. Gutier. c. 56. cit. n. 8. Barbof. alleg. 32. n. 15. § 16. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 3. n. 4. Bosco p. 5. D. 11. sed. 10. concl. 3. n. 44. Gonzal. in c. fin. cit. n. 7. Clericat. de Matr. decis. 34. n. 10. Engl. hic n. 4. Pirh. n. 28. fin. König n. 7. Reiffenstuel n. 7. Wiestner n. 8. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 177. qui tamen moment, hac in re cujusque Ecclesie consuetudinem observandam: qua seclusa, alij cum Monacell. p. 1. tit. 8. form. 6. n. 1. requirunt ad hoc dispensationem Episcopi: imò Nicol. Lucubr. civil. l. 1. tit. 10. de nupt. n. 63. putat, quòd sententia, quæ negat Episcopum posse in hoc dispensare, sit tutior, ubi non adest consuetudo; & hanc partem negativam teste Pignarell. tom. 9. consult. 133. n. 90. secuta fuit S. Congr. Concl.

25 Quæritur 6. Quis dispensare possit, ut omittantur Denuntiationes Matrimonij? *¶* attento Jure antiquo non poterat dispensare Episcopus; quia erant præcepta in Concilio generali Lateranensi, in cujus Legge nequit Episcopus regulariter dispensare, nisi quando periculum est in mora, & ad Pontificem accessus non datur. Hodierno Jure ex justa causa dispensare, & remittere denuntiationes potest Ordinarius; quia *hujus prudentie, & judicio Sancta Synodus Trid. id relinquit*, ut dicitur *sess. 24. c. 1. cit. Dixi Ex justa causa*; quia hæc est de essentia Dispensationis, cum Dispensatio facta sine justa causa non sit Dispensatio, sed dissipatio. Hinc, ut licet, imò validè dispensare possit Episcopus, necessarium est, ut prius de iustitia causæ cognoscat: quod inquit Trid. dum enim remissionem Denuntiationum relinquit prudentiæ, & judicio Ordinarij, permisit illam non cuicumque illius arbitrio, sed quod ratione regulatum sit, ut notat Henric. l. 11. de Matr. c. 5. n. 5. Segura p. 2. Direct. c. 16. n. 17. Gomez Bull. cruciat. c. 4. q. 4. n. 26. Cevall. opin. comm. q. 604. n. 103. Rodrig. tom. 1. Summ. c. 217. n. 3. edit. 2. Gutier. de Matr. c. 57. n. 1. Sanch. l. 3. de Matr. D. 8. n. 1. Barbof. alleg. 32. n. 38. conf. si Ordinarius absque justa causa dispense in Denuntiationibus, peccabit lethaliter; quia agit contra Legem in materia gravi, ut notat Sanch. D. 8. cit. n. 2.

26 Dub. 1. Quisnam veniat hoc loco nomine Ordinarij? *¶* hoc nomine venit non tantum Episcopus, & Sedis Apostolicæ Legatus respectu suæ Provinciæ, sed etiam Capitulum Sede vacante, & Prælati quicumque, qui Jurisdictionem quasi Episcopalem in certum territorium, & populum obtinent, & nulli Dicecesano subiecti sunt, ut cum Navarro, & alijs DD. non paucis observat Sanch. D. 7. cit. n. 4. Barbof. in c. 1. Trid. cit. n. 52. Wiestner hic n. 9. Reiffen-

stuel *ibid.* n. 35. Quodsi contrahentes sunt ex diversis Diocæsesbus, utriusque Prælati potest cum utroque dispensare, & unius Dispensatio sufficit; quia in hac re conjuges censentur quasi una persona, & ratione connexionis causæ uterque alterius Prælati censetur subiectus. Sanch. D. 7. cit. n. 7. Gutier. c. 56. n. 6. Conink D. 27. n. 54. Barbof. alleg. 52. n. 11. Reiffenstuel *hic* n. 36. & probat praxis, ac consuetudo recepta.

Dub. 2. Utrum Denuntiationes remittere absque speciali commissione possit etiam Vicarius Generalis? Negant Menoch. conf. 69. n. 55. vol. 1. & de arbitr. cas. 453. n. 5. Henric. l. 11. de Matr. c. 5. n. 5. Pont. l. 6. de Matr. c. 31. n. 5. ex ratione, quia in generali concessione, aut commissione Vicariatus non venit potestas dispensandi, nisi specialiter committatur, ut habet Glossa communiter recepta in *can. que de causa 9. caus. 2. q. 5. V. quidquid*. Accedit Declaratio Cardd. stans pro negativa, prout ex Henriquez testatur Pont. l. cit.

Sed melius affirmant Sanch. l. 3. de Matr. D. 7. n. 10. Gutier. de Matr. c. 56. n. 11. Conink D. 27. n. 55. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 4. n. 2. Barbof. alleg. 32. n. 28. Sperell. decis. 97. Gonzal. in c. fin. b. tit. n. 7. Clericat. de Matr. decis. 34. n. 17. Monacell. p. 1. tit. 8. form. 6. n. 4. Pirh. *hic* n. 29. Schambog. n. 26. Wiestner n. 10. Reiffenstuel n. 34. & plurimi alij maximi nominis, & notæ DD. quibus favet plurimum Germaniæ nostræ Diocesium usus, & praxis, quæ optima interpretis Legum est: imò pateocinatur ratio ipsa; nam Tridentinum potestatem dispensandi in Denuntiationibus concedit Ordinario, atqui Ordinarij nomine, si materia Officio illius conveniat, & ipse non sit expressè exclusus, venit etiam Episcopi Vicarius Generalis in Spiritualibus, quippe qui cum Episcopo suo idem Tribunal, & Jurisdictionem habet. ergo &c. Conf. Nam ut Paludan. in 4. disp. 28. q. 2. art. 3. n. 21. testatur, Vicarius Generalis ex generali consuetudine etiam ante Trid. in Denuntiationibus dispensare poterat, atqui potestas ista per Concilium Trid. ipsi non est adempta. ergo etiamnum potest.

Excipitur, nisi Episcopus facultatem dispensandi in Denuntiationibus sibi reservaret; tunc enim non posset Vicarius Generalis Episcopi. Gutier. l. 1. qq. can. c. 19. n. 15. Sanch. l. cit. n. 13. sicut enim potest Episcopus totum officium revocare, ita & partem.

Ad Argumentum oppositæ sententiæ dicendum, quamvis ex generali commissione Vicariatus Vicarius Generalis Episcopi non possit dispensare in omnibus, in quibus potest dispensare Episcopus, posse tamen in casibus, in quibus Jus ipsum Ordinario in genere potestatem dispensandi concedit, prout fit in Denuntiationibus. Ad Conf. Declaratio illa non

non obstat; tum quia alij fidelissimi collectores eam non invenerunt; tum quia dato, quod existeret, Vicarius adhuc posset dispensare ex vi consuetudinis, quam Trid. non revocavit.

30 Dub. 3. An Episcopus possit alicui delegare facultatem dispensandi in Denuntiationibus? Negant nonnulli cum Menoch, *conf. 69. à n. 55. vol. 1. ex ratione*, quia cum eligitur personæ industria ad aliquod munus obtinendum, id delegari nequit *c. fin. §. is autem de Offic. delegat. & c. is cui 12. eod. in 6.* videtur autem in hac dispensatione electa industria personæ Episcopi; tum quia Trid. eam remittit iudicio, & prudentiæ Ordinarij; tum quia agitur de negotio arduo: ex quorum utroque industria personæ electa colligitur, ergo &c. *Conf. Ex generali principio*, quod regulariter commissio facta, nomine proprio, & Dignitatis expresso, non transeat ad successorem in Dignitate; & rationem DD. dant, quia videtur electa industria personæ, atqui etiam Trid. expressit in nostro casu nomen Dignitatis, dum Ordinatio dispensatio nem committit, ergo &c.

31 Sed verius est posse Episcopum facultatem hanc delegare alteri. Ita Hostiens. *in c. litteras de restit. spoliat. paulo post pr. Abb. in c. litteris n. 2. de in integr. restit. Rebuff. prax. Benef. in forma Vicariatus n. 155. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 8. §. 10. n. 1. fin. Sanch. l. 3. de Matr. D. 7. n. 20.* & alij ab hoc *citt.* juxta quos Episcopus causas Matrimoniales potest generaliter delegare, igitur etiam potestatem dispensandi in Denuntiationibus faciendis. Idem dicendum de Vicario Generali Episcopi; quia etiam ipse est Ordinarius: & quamvis non possit delegare potestatem suam omnem, constituendo Vicarium alium, potest tamen delegare unam, vel plures causas. *Sanch. n. 21. & ibi citt.*

32 Ad argumentum oppositum non est universaliter verum, eligi personæ industriam, quando negotium est arduum, & committitur prudentiæ alicujus; fallit enim, quando delegatio fit personæ incognitæ, & indeterminatæ, ut Prælati præsentibus, & futuris, prout hic contingit. *Al Conf. Simpliciter Regula ibi allata solum procedit*, quando commissio fit personæ cognitæ; secus, si fuerit incognita, & indefinite omnibus Ordinarijs, etiam in futurum extituris.

33 Queritur 7. Quæ sint justæ causæ, ob quas Denuntiationes remitti possunt? *R.* Has referunt Stephan. Gratian. *Discept. for. c. 83. à n. 15. Sanch. l. 3. de Matr. D. 9. n. 3. & plurib. seqq. Tann. D. 8. q. 3. dub. 6. n. 129. & seqq. Conink D. 27. de Sacr. n. 57. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 11. Barbot. de potest. Epif. alleg. 32. n. 40. & seqq. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 4. n. 8. Gonzal. in c. fin. b. tit. n. 7. Gobat tr. 10. n. 431. Clericat. decis. 34. n. 19. Vallens. hic n. R. P. Schmaizgrueber L. IV.*

2. *§. 3. Engl. n. 6. Pirh. n. 29. König n. 9. §. 10. Wiestner n. 12. Reiffentuel n. 19. & seqq. Magnif. P. Schmier p. 3. de Spons. Matr. c. 5. à n. 189. & sunt sequentes.*

1. Quando adest probabilis suspicio, & timor, ne si tot præcesserint Denuntiationes, Matrimonium malitiosè impediatur; tunc enim vel una tantum Denuntiatione fieri, vel etiam omnes remitti possunt: meminit hujus causæ ipsum Trid. *sess. 24. c. 1. §. quodsi de reform. Matr.* Addidi, *malitiosè*; secus enim dicendum, quando adest justa impediendi causa, ob notabilem disparitatem, vel quando parentes, qui impedire Matrimonium volunt, nullâ utuntur violentiâ, sed precibus, & suasionibus: quia hoc casu nihil malitiæ adest, sed jure suo utuntur, bene consulentes filijs, *Sanch. l. cit. n. 10.*

2. Si per Denuntiationes Sponsi exponerentur pudori, & ludibrio hominum: quod plerumque contingit, si senex cum juvencula, nobilis cum plebeia &c. sit copulandus. Proceditque hoc non tantum, quando timetur impediendum Matrimonium ob hanc disparitatem, ut quidam volunt, sed etiam, quando illius impediendi nullus est timor; quia quædam fit irreverentia Sacramento, dum contrahentes irridentur. *Sanch. n. 4.*

3. Si ex publicatione Matrimonij probabiliter timeatur scandalum publicum infamiæ, vel aliud damnum corporis, aut animi, ut si concubinarium concubinam, quæ publicè existimabatur esse ipsius uxor, velit uxorem ducere; vel si publicus quidem est concubinarium, & ipse in articulo mortis constitutus, velit cum concubina contrahere Matrimonium, ut per illud proles ex ea suscepta legitimeur; tunc enim cum ipso dispensari in Denuntiationibus potest, cum nulla urgentior ratio assignari possit. Quod etiam extendit *Sanch. n. 19.* ad casum, quo nulla existente prole, concubinam, erga quam valde affectus est, ducere vult, ut in bono statu decedat, & securius hoc modo ad vitam alteram transeat; quia hoc maximè salutis animæ competit.

4. Si Reges, Duces, alique Magnates contrahant; horum enim connubia, quia ignota esse non solent, propterea etiam denuntiationi non consueverunt. Quod extendunt *Sanch. n. 7. Bosco p. 5. D. 11. sess. 10. concl. 6. n. 146. Reiffentuel hic n. 24.* etiam ad aliorum Matrimonia, quando nullius subest impediendi timor; nam Denuntiationes fiunt causâ detegendi impediendi: & generaliter *Navar. Man. c. 16. n. 37.* docet, justam causam esse dispensandi, quando cessant omnia inconvenientia, ob quæ vitanda Denuntiationes fiunt; quia licet hoc casu non cesset Lex, finis tamen ejusdem cessans dat causam dispensandi in Legge.

R 2

5. Si



7. Si Matrimonium femel solemniter celebratum, postea ob repertum latens impedimentum, renovato consensu, ratificandum est: quam causam ab omnibus admitti testatur Sanch. n. 9. ad vitandum scandalum.

86 6. Si instet tempus Adventus, vel Quadragesimæ, quo prohibentur nuptiæ benedici, & simul periculum sit fornicationis inter Sponfos, vel dissolutionis Sponsalium casu, quo diutius differrentur nuptiæ; tunc enim, prævia tamen una Denuntiatione, dispensari in cæteris, & contrahi Matrimonium poterit.

7. Si repentinus casus offerret rationem contrahendi Matrimonium, ut si aliqui tanquam concubinarij comprehensi, vel comprehendendi sint à Judice, & ne plestantur, velint contrahere Matrimonium, ut possint dicere se esse conjugatos: nam hoc casu, ut Sotus, Matienzo, Barb. & Petr. de Ledesma & Sanch. n. 16. notant, olim licita erant Matrimonia clandestina. Igitur hodie saltem locus erit dispensationi in Denuntiationibus.

87 8. Si aliquibus valde expediat conjugium, & timeretur impediendum: & hanc ob causam Sanch. n. 15. pro justa causa dispensandi agnoscat, quando duo sibi fidem dederunt de Matrimonio contrahendo, & alter tam levis est, ut probabilis timor sit, hac levitate, vel alijs conjecturis attentis, fore, ut injustè à fide data resiliat; hoc enim casu utrique Sponso valde expedit contrahere, uni, de quo est timor, ne peccatum lethale admittat injustè resiliendo, alteri, ne Matrimonio, sibi ex justitia debito, defraudetur.

9. Ad dispensandum in Denuntiationibus sufficit quæcunque notabilis sive Spiritualis, sive temporalis commoditas, vel incommoditas, quæ ex Dispensatione data, vel negata oriri potest, & arbitrio Ordinarij justa censetur; quia ejusdem judicio id relinquit Concilium. Et ex hoc capite dispensari in Denuntiationibus potest cum milite desponsato, si urgeat repentinus discessus, & nisi statim copuletur, in continuo periculo incontinentiæ futurus sit; cum concubinario, qui cum concubina inire vult Matrimonium, ut in bono statu constituatur, & periculum sit, ne, dum Denuntiationes præmittuntur, commisceantur; cum puella deflorata, quam deflorator, damnum refarcire volens, intendit ducere, & timeatur, ne is mentem interea mutet.

88 His ergo casibus dispensare Ordinarius in Denuntiationibus faciendis potest, ut vel omnino omittantur, vel una tantum pro tribus fiat, vel post contractum Matrimonium differantur. Antequam autem dispense, ut n. 25. dixi, necesse est, ut diligenter investiget, an causa, quæ præten-

ditur, revera subsit, & absit omne impedimentum, ut cum alijs n. 33. allegatis rectè advertunt Conink D. 27. dub. 6. n. 58. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 4. n. 5. Perez D. 43. sect. 4. n. 13. Engl. hic n. 5. Reiffenstuel ibid. n. 30. & indicatur in Trid. sess. 25. c. 18. de reform. ubi dicitur dispensandum, causâ cognitâ. Hinc, ut cum cit. P. Engl. advertit Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. & Matr. c. 5. n. 197. usus obtinuit, ut quando ex hujusmodi causis dispensatur, Juramentum à contrahentibus præstetur, quod in nullis præjudicium, & sine omni impedimento Canonico contracturi sint.

Dub. 1. Qualis hoc casu requiratur causæ cognitio? Aliqui cum Henriquez l. 11. de Matr. c. 5. n. 5. in comment. lit. s. Segura p. 2. Direct. c. 16. n. 17. Cephal. conf. 421. n. 61. & 62. vol. 3. putant desiderari Judicalem, saltem summariam. Moventur 1. quia ex sententia Bartoli, Alciati, Cephalij, & aliorum, ubi Lex aliquid faciendum ex causa præscribit, illa probanda est. 2. Quia probatio, & cognitio causæ judicialis requiritur ad dispensandum in Irregularitate contracta per Homicidium, ut patet ex Trid. sess. 14. c. 7. de reform. ibi, Causâ cognitâ, & probatis precibus, & narratis. ergo eadem requiratur etiam ad dispensandum in Denuntiationibus. 3. Quia Dispensatio hæc est pro utroque foro. ergo fieri cum causæ cognitione Judiciali debet; alias non distaret ab ea, quæ est pro solo foro conscientiæ. 4. Quia dispensatio, ut sæpe dictum est, hoc casu committitur judicio Ordinarij. sed quando illa judicio alicujus committitur, exigitur causæ cognitio, & quidem judicialis arg. l. cum ij 8. §. vult igitur 8. juncto pr. istius Legis ff. de Transact.

Sed dicendum, sufficere cognitionem causæ extrajudicalem: cons. non est necesse, ut Ordinarius servato Juris ordine, aut per testes juratos &c. indaget. Sanch. l. 3. de Matr. D. 8. n. 4. & 5. Gutier. de Matr. c. 57. n. 2. §. l. 1. can. qq. c. 19. n. 12. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 4. n. 6. Bosco p. 5. D. 11. sect. 10. concl. 6. n. 133. Barbol. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 39. Reiffenstuel hic n. 31. Magnif. P. Schmier p. 3. c. 5. n. 196. quia Trid. sess. 24. c. 1. cit. agens de Denuntiationum dispensatione, & ejus causis, totum id relinquit judicio, seu conscientiæ Ordinarij (judicium enim, & conscientia idem sunt, ut Sanch. n. 4. cit. notat) sed quoties aliquid committitur conscientiæ, & prudentiæ alicujus, non est necessaria probatio Judicialis, ut constat ex c. statutum 11. junctâ Gloss. ibid. §. assessorem. V. relinquitur de rescript. in 6. ergo &c.

Neque contrarium probant Argumenta adversæ sententiæ. Ad 1. id verum esse potest, ubi causa non committitur arbitrio, & conscientiæ Judicis: ubi autem sic committitur, quamvis necessaria causa sit, &

& nota esse dispensanti debeat, non tamen est necessarium, ut ea probetur judicialiter. *Ad 2.* Casus ille specialis est, & in *Trid. l. cit.* exprimitur, quod debeant probari preces: unde potius inde sumitur argumentum pro nostro casu, cum Tridentinum in hoc probationem non petat, conf. eam non requiri. *Ad 3.* Adhuc longè diffidet Dispensatio hæc ab ea, quæ est pro foro conscientie tantum: nam in hac nullus recipitur testis, sed creditur petenti, & ab eo solo informatio petitur; at in dispensationibus Denuntiationum, cum pro utroque foro sint, recipiuntur testes, quamvis non in figura, & forma Judicii, sed solum ad informandam Ordinarii conscientiam. *Ad 4.* In Transactione alimentorum, de quibus *l. cit.* agitur, formam Judicii præscripsit Lex ipsa; conf. est casus specialis.

*Dub. 2.* An aliquando ex causis allegatis possit Parochus ipse conjungere Matrimonio Sponsos, non præmissa Dispensatione Ordinarii? *Re.* distinguendo: Vel enim periculum est in mora, & adiri non potest Episcopus, vel contra nullum est in mora periculum, sed differri contractus Matrimonij potest, dum adeatur Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis.

*si primum,* potest Parochus, Denuntiationibus omiſſis, Sponsos conjungere Matrimonio, ut bene alijs *cit.* Sanch. *l. 3. D. 10. n. 27.* quia tunc quod non est licitum in Lege, necessitas facit licitum. Et casus hujusmodi sunt, si miles desponsatus subito avocaretur ad castra, & nisi statim copuletur, in continuo periculo incontinentie futurus sit; si concubinarium, in articulo mortis constitutus, ad effectum legitimi prolem vel ut in bono statu decedat, velit contrahere Matrimonium; si propter ipsam moram, quæ ad requirendum Episcopum necessaria esset, Matrimonium malitiosè impediendum timeatur &c. Bosco *l. cit. n. 67.* König *hic n. 9.* Magnif. P. Schmier *p. 3. c. 5. n. 188.*

*si secundum,* causa deferenda est ad Ordinarium, & ab ipso petenda Denuntiationum remissio; nam Parochus potestatem has remittendi non habet, nisi ex concessione Episcopi. Gutier. *de Matr. c. 36. n. 12.* Sanch. *l. 3. de Matr. D. 7. n. 16.* Magnif. P. Schmier *p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 184.* quia caret Jurisdictione fori externi, ex qua potestas remittendi Denuntiationes promanat. Quodsi Ordinarius licentiam, non præmissis Denuntiationibus, Matrimonio assistendi neget, altera distinctio est adhibenda, & videndum, an casus talis sit, in quo Ordinarius tenetur dispensare, an verò talis, in quo quidem dispensare potest, sed non tenetur.

*44* Si neget dispensationem in casu, in quo tenetur dispensare, potest Parochus, Denuntiationibus omiſſis, assistere Matri-

monio; quia cum tunc illa sit debita, & injustè negetur, perinde est, acsi concederetur. Sanch. *l. 3. cit. D. 10. n. 29.* Bene tamen advertit Reiffenstuel *hic n. 46.* casu, quo Ordinarius expressè negat dispensationem, ad quam dandam videretur teneri, non esse suadendum, ut Parochus Denuntiationes omittat; quia non ipse, sed Ordinarius in hac causa est Judex in foro externo, & istius, non Parochi arbitrio, ac judicio relinquitur, an causa allegata revera sit una ex ijs, in quibus debita est dispensatio. Et hinc si tali casu Parochus assistat, Denuntiationibus non præmissis, licet in foro interno non peccet, in foro tamen externo puniri poterit.

Quodsi verò dispensationem Ordinarius neget in casu, in quo dispensare potest, sed non tenetur, non potest absque Denuntiationibus iniri Matrimonium: quia non quæcunque causa, quæ sufficiens est, ut cum aliquo dispenseretur in præcepto, etiam sufficit, ut seclusa dispensatione, à transgressione illius aliquis excusetur; authoritas enim Superioris supplet id, quod deficit, ut causa ipsa excuset, aliàs impertinens esset dispensatio, utpote quæ non desideratur, quando sola causa excusare potest, Sanch. *D. 10. cit. n. 30.* Gobat, *tr. 10. n. 493.* Reiffenstuel *n. 40.*

*Neque obstat,* quod in Legibus locus sit interpretationi per Episcopum; nam huic solum locus est in casu necessitatis, quo Lex moraliter non est observabilis: in quo casu Parochus interpretari, & declarare Legem Ecclesie potest, quod illa hic, & nunc non obliget, & Denuntiationibus non præmissis, assistere Matrimonio. *Sot. in 4. dist. 28. q. 1. art. 2. concl. 3. §. ex his.* Navar. *Man. c. 120. n. 70.* Lopez *p. 1. Instru. c. 39. §. ex prædictis.* Gutier. *de Matr. c. 57. n. 6.* Sanch. *D. 10. cit. n. 29.* Conink *D. 27. de Sacram. n. 52.* Pont. *de Matr. l. 5. c. 32. n. 7.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 11. §. bis adde.* Tann. *D. 8. q. 3. dub. 6. n. 132.* Gobat *tr. 10. Theol. exper. n. 494.* Bosco *p. 5. D. 11. sect. 10. concl. 4. à n. 67.* Monacell. *p. 3. tit. 2. form. 5. n. 14.* Engl *hic n. 5.* Pirh. *n. 29. in fin.* Schambog. *n. 26.* Wiestner *n. 13.* Reiffenstuel *n. 37. 44.* §. 45. Magnif. P. Schmier *p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 186.*

*Dub. 3.* An, & quando, seu ob quas causas Ordinarius rogatus dispensare in Denuntiationibus debeat? Rosell. *V. dispensatio n. 4.* Sylv. *V. eod. q. 1. fin.* Armill. *V. dispensare n. 14.* Rebuff. *repet. c. postulastis not. 3. n. 12. de Cleric. excom. ministr.* & alijs apud Sanch. *l. 3. D. 10. n. 2.* docent Prælatum teneri dispensare, quoties subest justa causa; aliàs peccare. Fundantur *1. can. Dominio 28. dist. 50. ibi, Ut necesse sit illos restaurari in locum honoris, qui per penitentiam reconciliationem receperunt Divina Pietatis; & can. quanto 8. caus. 2. q. 5. fin.*  
R 3  
ibi

ibi, *Quia sicut in contumacia persistentibus se-  
veros nos esse convenit, sic iterum humiliatis,  
& poenitentibus negare locum venie non de-  
bemus.* 2. Si Prælatus dispenset cum uno,  
non cum altero, licet iste eandem causam  
habeat, committit acceptionem personarum,  
igitur existente justa causa, dispensa-  
tio est debita ex Justitia distributiva, quip-  
pe quæ per acceptionem personarum læ-  
ditur. 3. *Trid. s. 24. c. 1. de reform. Matr.*  
Ordinario dispensationem non committit  
absolutè, sed ejus prudentiæ remittit, quod  
verbum non liberam voluntatem, sed ratio-  
ne regulatam denotat, ergo ubi recta ratio,  
& justitia causæ dicunt dispensandum esse,  
tenebitur dispensare.

48 Sed dicendum, Ordinarium non te-  
neri dispensare in omnibus causis, in qui-  
bus potest. Ita Sanch. *l. cit. n. 3.* Gutier. *l.*  
*1. can. qq. c. 20. n. 33.* & *de Matr. c. 57. n.*  
*4.* Conink *D. 27. dub. 6. n. 59.* Pal. *tr. 28.*  
*D. 2. p. 13. §. 5. n. 1.* Pont. *l. 5. c. 31. n. 6.*  
Reiffenstuel *hic n. 41.* Ratio est, quia,  
ut *l. non quidquid 40. ff. de Judic.* optime Pa-  
pinianus notat, *Non quidquid Judicis potestati*  
*permittitur, id subicitur Juris necessitati.* Ac-  
cedit, quia dispensatio in Jure sapius appel-  
latur gratia, & misericordia, prout patet ex  
*can. didici 15. fin. caus. 1. q. 7.* ibi, *Dispensatio-*  
*nis autem gratiam* &c. & ex *c. licet 14. de Elect.*  
*in 6.* ibi, *Possit Ordinarius gratiam Dispen-*  
*sationis facere.* quod autem ex gratia, & mise-  
ricordia fit, non semper necessario fit. er-  
go &c.

Difficultas autem superest, quando  
49 dispensatio sit debita, & quando sit gratia?  
In qua re varii sunt sensus DD. Commu-  
nior cum Sanch. *l. cit. n. 6.* Gutier. *n. 4.* Co-  
nink *n. 57.* Pal. *n. 1.* docet, tunc dispensari  
teneri Ordinarium, quando dispensatio ser-  
vit vel pro bono communi, vel conducit ad  
acquirendum bonum notabile privati, vel  
ad avertendum periculum incurrendi notabi-  
le damnum in bonis animæ, corporis, aut  
fortunæ. Ratio est, quia Prælati Ecclesiasti-  
ci ex officio tenentur providere bono non  
tantum communi, sed etiam particulari sub-  
ditorum. In specie Ordinarium tenetur di-  
spensare in causis omnibus allegatis à *n. 33.*  
excepta secunda de gravi erubescencia, &  
quarta de Magnatibus.

Argumenta opposita intentum non  
50 evincunt. *Ad 1.* Illi textus intelligendi sunt  
vel de consilio tantum, vel si de præcep-  
to etiam, solum procedunt, quando di-  
spensatio est necessaria ad bonum commu-  
ne, vel notabile alicujus privati. *Ad 2.* Ac-  
ceptio personarum committitur, quando di-  
spensatio est debita, & uni datur, negatur  
alteri: secus quando tantum est permissa,  
& gratuita; tunc enim potest Ordinarius,  
cessante scandalo, cum quo maluerit, di-  
spensare, absque vitio acceptionis personarum,  
sicut concurrentibus duobus æquè dig-

nis potest Episcopus, utri illorum velit,  
conferre Beneficium. *Ad 3.* Negatur *Conf.*  
nam per *cit. Trid.* textum solummodo de-  
notatur, quod Ordinarius non possit di-  
spensare ad libitum, sed id debeat facere ex  
causa.

Quæritur 8. Quæ sit obligatio popul-  
ad manifestandum impedimentum post factas  
proclamationes, & Sponsorum ad nu-  
bendum? R. Sponfos Denuntiationes se-  
mel factæ obligant, ut intra quatuor menses  
contrahant, vel de novo Denuntiationes fie-  
ri patiantur. Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 32.*  
*n. 55.* Bonacin. *de Matr. q. 4. p. 6. n. 1. §.*  
*quarid.* Reiffenstuel *hic n. 48.* & ita decisum  
esse à Cardd. refert Rebell. *p. 2. l. 4. sect. 2.*  
*n. 8.* & merito; quia facile contingere  
posset, ut interea interveniat novum impe-  
dimentum.

Cæteri de populo per se loquendo  
obligantur sub peccato mortali, non solum  
ex præcepto Ecclesiæ, sed etiam Divino,  
& naturali, ut Impedimentum detegant, si  
quod intercedit inter sponfos. Ita Paludan.  
*in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. cas. 9. n. 27.* Co-  
var. *p. 2. de Sponsal. c. 6. §. 10. n. 21.* Navar.  
*Man. c. 22. n. 83.* Henric. *l. 11. de Matr.*  
*c. 14. n. 5. fin.* Sanch. *l. 3. de Matr. D. 13.*  
*n. 2.* Gutier. *de Matr. c. 59. n. 9.* Conink  
*D. 27. de Sacr. n. 61.* Pal. *tr. 28. D. 2 p. 13.*  
*§. 6. n. 5.* Pirh. *de Cognat. Spiritu. n. 14.*  
Schambog. *hic n. 27.* Wiestner *n. 14.* Reif-  
fenstuel *n. 49.* Ratio est, quia manifesta-  
tio hæc pertinet ad vitandam ruinam Spi-  
ritualem, & grave peccatum proximi, at-  
que ad avertendam irreverentiam Sacramen-  
ti, ad quod omnes præcepto Divino, &  
naturali graviter obligantur.

Dixi per se loquendo; nam plures sunt  
Exceptions ab illa Regula. 1. *excipitur,*  
si Matrimonium aliter impedire hujusmodi  
impedimenti conscientia possit, e. g. admo-  
nendo Sponfos, ut à nuptiis desistant, vel  
pro dispensatione sollicitent. Estque ad-  
monitio hæc regulariter præmittenda sem-  
per, quando impedimentum oritur ex pec-  
cato occulto; quia Lex Charitatis postulat,  
ut peccatum proximi vitetur cum quàm fie-  
ri potest, minimo illius damno. Sanch. *D.*  
*13. cit. n. 3.* & apud ipsum Driedo. *Navar-*  
*rus, Covaruvias, Gutierrez, Henriquez* &c.  
*2. excipitur,* si ex sua revelatione grave  
damnum sibi, aut alijs secuturum probabi-  
liter prævideret. 3. *excipitur,* si prudenter  
credat, nihil se profuturum, aut revelatio-  
nem bona fide contrahentibus obtuturam.  
4. *excipitur,* si probabiliter timeat revelatio-  
nem parituram grave apud alios scandalum.  
5. *excipitur,* si novit contrahentes impe-  
trasse dispensationem occultam pro foro  
conscientiæ. His enim casibus impedimen-  
ti conscientia ad ejus manifestationem non ob-  
ligatur, ut docent Navar. *M. n. c. 22. n.*  
*83.* Sanch. *D. 13. cit. n. 3. 4.* & *8. Pal. §.*  
*6. n.*

6. 2. 5. §. notanter. Gobat tr. 10. n. 537. Clericat. decis. 34. n. 16. Pirh. bic n. 31. Schambog. n. 27. Wiestner n. 14. Reiffenstuel n. 49. Magnif. P. Schmier p. 3. de sponsal. c. 5. n. 202.

54 Dub. 1. An ad manifestationem impedimenti obligetur, qui illud sub secreto novit? Negant aliqui teneri: in quam sententiam inclinare videntur Paludan. in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. cas. 9. n. 27. & Gutier. l. 1. can. qq. c. 11. n. 27. ubi dicunt confessionem impedimenti teneri denuntiare, licet detectum sit ei petendo consilium, non tamen adjecto, committi sub secreto; unde à contrario sensu videntur sentire non teneri, quando committitur sub secreto.

55 Sed dicendum est teneri denuntiare, quantumvis sub secreto committatur extra Confessionis sigillum. Ita Sanch. l. 3. D. 13. n. 5. Gutier. de Matr. c. 59. n. 5. Gonzal. in c. fin. h. tit. n. 7. fin. Barbof. alleg. 32. n. 25. Reiffenstuel bic n. 49. Ratio est, quia juxta universalem Regulam apud S. Thom. 2. 2. q. 7. art. 1. ad 2. quem teste Sanch. l. cit. omnes sequuntur, secreto commissa manifestanda sunt, ubi vergunt in damnum publicum, aut in præjudicium personæ tertie. Hoc autem secretum est hujusmodi; vel enim contrahentes in bona fide sunt, vel contra in mala. Si in bona, reticentia impedimenti tendit in præjudicium ipsorum, dum nulliter contrahunt, non contradicunt, si impedimentum rescirent. Si in mala, & tunc si unus illorum tantum in mala fide sit, alter innocens graviter decipitur; si autem uterque, & tunc vel est impedimentum dirimens, & reticentia illius cedit in præjudicium Matrimonij, quod hoc modo nulliter contrahitur; vel est impediens, & tendit reticentia in irreverentiam Sacramenti, in damnationem contrahentium cum eo impedimento, & sæpe in damnum tertij, cui frangitur fides, ut si impedimentum sint priora Sponsalia inita cum alia.

56 *Proceditque hoc 1.* Etiam si secretum commissum esset Juramento firmatum; quia Juramentum ad secretum servandum non obligat, quando ejus reticentia esset præjudiciosa bono publico, vel cederet in damnum tertij, aut ipsius etiam, qui secretum commisit, prout illud fit in casu præsentis. *Procedit 2.* Quamvis impedimenti conscius illud acceperit sub Confessionis secreto extra Confessionem tamen, ut si ipsi dicatur, *Hoc tibi detego sub sigillo Confessionis*; nam si res ipsa non deponat Confessionem Sacramentalem, revera secretum hoc est merè naturale; conf. non magis obligat, quam secretum sub juramento commissum. Sanch. n. 6. *Procedit 3.* Etsi ille, qui secretum commisit, id faciat genu flexo, facto crucis signo, & dicta Confessione generali; adhuc enim Confessionis Sigillum non est, quando non detegitur animo confitendi;

sed tantum gratiâ dandi, aut petendi consilium. Sanch. l. cit.

Dub. 2. An obligetur ad manifestationem impedimenti is, qui id solus novit? Negant Major in 4. dist. 21. q. 2. arg. 3. Sà V. Matrimonium n. 23. Pont. l. 5. de Matr. c. 34. à n. 6. Rationem dant, quia uni testi non creditur; conf. talis impedimenti revelatio nullius foret utilitatis.

Sed melius respondetur affirmativè cum Abb. in c. super eo 22. de test. §. at test. n. 2. Navar. Man. c. 22. n. 83. Covar. p. 2. de sponsal. c. 6. §. 10. n. 21. Henriq. l. 11. c. 14. n. 5. Gutier. de Matr. c. 59. n. 2. Conink. D. 27. de sacr. n. 67. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 25. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 6. n. 6. Gonzal. in c. super cit. n. 3. Gobat. tr. 10. n. 534. Wiestner bic n. 15. Reiffenstuel ibid. n. 49. Ratio est, quia quando agitur de vitando peccato, & matrimonio cum impedimento non contrahendo, unius etiam non jurati testis depositio in foro externo admittitur.

Atque hinc cadit Ratio in contrarium; quia Regula ibi allegata solum procedit, quando agitur de crimine aliquo puniendo, vel de jure alteri jam quæsito auferendo, aut de Matrimonio dissolvendo.

Dub. 3. An denuntiare impedimentum teneatur etiam is, qui illud novit ex solo auditu? *1.* Distinguendo: nam si audivit à persona fide digna, ea non denuntiante, tenetur manifestare ipse; quia notitia, ex auditu habita à personis fide dignis, est vera notitia, fidem faciens, potèstque Prælati personam fide dignam, à qua denunciator audivit, citare, & ejus testimonium accipere. Navar. Man. c. 25. n. 46. Rodriq. tom. 1. Summ. edit. 2. c. 217. n. 9. Sanch. l. 3. D. 13. n. 7.

Secus autem est, si persona, à qua audivit, non est fide digna; quia cum fidem non mereatur, ex ejus dicto denuntians impedimentum levitatis notam non evitaret. Navar. n. 46. cit. Cordub. l. 1. quest. q. 43. dub. 2. §. sextò. Petr. Navar. l. 2. de restit. edit. 2. c. 4. p. 2. dub. 10. n. 108. Gutier. l. 1. qq. can. c. 11. n. 71. Sanch. l. cit. Idem dicendum de eo, qui audivit, nec meminit, à quo audiverit, vel audivit à persona nihil certum sciente. Sanch. l. cit.

Dub. 4. An si Ordinarius petat à violentibus contrahere Matrimonium, an laborent impedimento aliquo ipsi hoc debeant manifestare, quamvis occultum sit? Videtur non teneri, ex eo, quia Judex inquirere nequit, si infamia non præcedat c. qualiter 17. de accus. igitur non interrogat in hoc casu Juridicè. Atqui non interroganti Juridicè non est obligatio respondendi.

Sed dicendum, teneri ad impedimentum manifestandum, vel saltem ad abstinendum à Matrimonio. Ita Henriq. l. 10. de sacr. Ord. c. 12. n. 2. in comm. lit. D. Sanch.

Sanch. l. 3. de Matr. D. 14. n. 2. Ratio est, quia hic vertitur periculum animæ, ne impediti contrahant. Atqui ex doctrina Abbatis, Alexandri de Nevo, *Prepositi* communiter recepta, quotiescunque animæ periculum vertitur, potest exigere Juramentum à reo, licet actor nihil probaverit. Ergo in hoc nostro casu poterit Ordinarius inquirere de impedimento occulto, etiam infamia non præcedente. *Conf.* à paritate cum suscepturo SS. Ordines, qui interrogatus tenetur pandere vitium occultum, quod ipsum reddit incapacem Ordinis, ut fatentur omnes, & constat ex c. nisi cum pridem 10. de renunt. ibi, *Licet irregularitatem hujusmodi non potuerit subicere, i. e. ut Gloss. ibid. V. non potuerit, explicat, non debuerit de Jure, tempore sue examinationis.*

60 *Excipitur*, si interrogatus de impedimento occulto, dispensationem impetrasset pro foro conscientie; tunc enim non tenebitur id fateri Judici. Sanch. l. cit. n. 4. Ratio est, quia de Impedimento occulto interrogandi potestatem solummodo Ordinarius habet, ut vitetur peccatum: quod in hoc casu contrahentes jam vitant. Aliud foret, si curreret fama publica de illo impedimento, aut accederent indicia alia: tunc enim volens contrahere tenetur fateri veritatem; quia cum Dispensatio illa solum proficit in foro interno, Judex eo casu interrogat juridicè.

*Ad Rationem dubitandi textus c. qualiter cit.* solum loquitur, quando Judex inquit ad puniendum delictum; secus, ubi ad vitandum peccatum futurum.

61 *Queritur 9.* Quod sit officium Parochi, si impedimentum aliquod, inter Sponsos latens, ad ipsum delatum fuerit? *34.* Si extra Confessionem à contrahentium altero, vel ab alijs illud ad ipsum delatum sit, debet Matrimonij celebrationem Sponsis interdicere, c. fin. pr. 7. cum autem, & §. fin. b. tit. De impedimento tamen cognoscere non potest, sed ejus cognitio pertinet ad Ordinarium, ad quem proinde illud deferre debet, ut rectè notant Gutier. de Matr. c. 60. n. 2. Sanch. l. 3. D. 15. n. 3. Conink. D. 27. de Sacram. n. 66. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 7. n. 2. §. 3. Honor. hic n. 7. Schambogn. 27. & sumitur ex c. fin. V. cum autem cit. ubi Pontifex utitur verbo *Consulit*, quod Judicalem potestatem importat c. exhibita 19. de Judic. Parochus autem potestate Judiciali caret. *Proceditque* hoc, etiamsi esset Impedimentum tantum impediens, e. g. Sponsalium prius cum alia persona contractorum; nam si hoc sciat Parochus, non potest Matrimonio sic impediti assistere, ut contra Seguram p. 2. Direc. c. 15. n. 12. rectè docet Sanch. l. cit. n. 5. imò ipse etiam Ordinarius non potest eo casu dare Parocho licentiam assistendi, sed tenetur sic impeditum compellere ad servanda priora

sponsalia, nisi causa justa ab his resiliendi præbetur.

Dub. 1. Quid dicendum, quando Parocho constat de impedimento occulto extra Confessionem e. g. de Voto Castitatis, quod vovens vel negat se fecisse, vel fatetur se fictè fecisse? *Certum est*, si certò constet Parocho de Impedimento, & contrahere volens petat Matrimonium occultè coram duobus solis testibus, eum repellendum, etsi dicat, se fictè votum fecisse; quia ubi constat de verbis Votum significantibus, præsumitur adfuisse etiam vovendi animus, contra quam præsumptionem aliquid asserenti in foro externo non creditur. Sanch. D. 15. n. 9.

*Difficultas est*; an casu, quo impedimentum occultum est, & Parocho certò cognitum, assistere is Matrimonio possit, si id petat publicè? Videtur debere assistere. 1. Quia peccatori occulto petenti publicè Eucharistiam, quamvis recipiendo peccet mortaliter, nequit Parochus eam negare, ut docet S. Thom. 3. p. q. 80. art. 3. quem teste Sanch. n. 8. sequuntur omnes; quia petit jus suum, quo privari nequit, nisi ob manifestam causam, & tenetur Parochus famam ejus servare illatam. Ergo eadem ratione, licet petens Matrimonium cum impedimento occulto peccet, quia tamen jus suum petit, & infamari non debet, tenetur Parochus Matrimonio ejus assistere. 2. Laborans Impedimento occulto, e. g. irregularitate, si à proprio Episcopo petat Ordines publicè, non potest repelli c. ex tenore 4. de temp. ordin. in fin. ibi, *Quia peccatum occultum est, si promoveri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.* Igitur neque Parochus repellere à Matrimonio potest petentem publicè, si impedimentum occultum sit. 3. affectus peccato lethali, si Matrimonium petat publicè, licet graviter peccet contrahendo, non potest repelli à Parocho. Ergo nec repelli potest à Matrimonio, si impedimentum occultum, quod obest contractui, sit tantum impediens.

Sed dicendum, si Parocho constet de impedimento occulto, non posse illum etiam publicè Matrimonio tali assistere. Sanch. l. cit. n. 11. Ratio est, quia ubi opponitur impedimentum, non est Parochi de illius veritate discutere, sed tenetur ille rem referre ad Ordinarium. *Neque obstat*, etiamsi nullus impedimentum illud opponat; tenetur enim ipse opponere coram Ordinario, sicut quilibet alius teneretur, imò à fortiori, cum ipsi incumbat ex officio impedimenta investigare, & salutis spirituali ovium suarum consulere.

Neque obstant Argumenta opposita. *Ad 1.* Negatur paritas; nam Matrimonium petens cum impedimento occulto, Jure impeditur contrahere; non impeditur à susceptione Eucharistie peccator occultus

Ad 2. Episcopus eo casu petentem publicè Ordines debet ordinare, licet ipse sciat eundem laborare impedimento occulto; quia cum ipse Judex sit, nequit esse testis: conf. impedimentum omnino est improbabile: Secus de Parocho, qui cum Judex non sit, potest testificari de impedimento; conf. deferre ad Ordinarium, qui si discussa causâ, secundum allegata, & probata pronuntiet nullum adesse impedimentum, tum demum Parochus assistet licitè; quia munus suum obit, nec cooperatur peccato proximi.

Ad 3. Dispar est ratio in alijs peccatis; cum enim Ecclesia de occultis non iudicet, non potest ob illa impedire Matrimonium in foro externo: potest autem ob impedimentum occultum, si illud unius testimonio probari possit, prout hic contingit; potest enim Parochi testimonio probari impedimentum.

Dub. 2. Quid dicendum, quando Parochus, vel Ordinarius novit impedimentum, sed simul etiam novit impeditos obtinuisse dispensationem in illo pro foro interno conscientia? R. Distinguendo; nam si nullus denuntiet impedimentum coram Parocho, vel Ordinario, possunt hoc casu illi dissimulare, & sic impeditos conjungere Matrimonio. Henric. l. 14. de irregularitate c. ult. n. 1. in Comment. lit. E. Sanch. l. 3. D. 15. n. 14. Ratio est, quia quamvis ex officio teneantur investigare impedimenta, id evenit, ne impediti contrahendo delinquant, non autem delinquant in casu presentis. Igitur si de dispensatione obtenta constet, absque culpa Matrimonio conjungi poterunt.

At si denuntiet aliquis impedimentum illud Parocho, hic jam non amplius potest Sponsos, quamvis per dispensationem pro foro interno conscientia absolutos, conjungere, sed deferre illud ad Ordinarium debet, qui si revera per allegata, & probata cognoverit impedimentum denuntiatum subesse, compellere Sponsos debet, ut vel à Matrimonii contractu abstineant, vel dispensationem impetrent etiam pro foro externo. Navar. de privileg. cons. 5. edit. 1. & de Judic. cons. 4. edit. 2. Vegal. 6. Summ. cas. 143. ad fin. Sanch. D. 15. cit. n. 15. Ratio est, quia dispensatio illa limitata est pro foro interno tantum. Limitata autem causa limitatum producit effectum l. in agris 16. ff. de acquir. rer. domin. & actus agentium non operantur ultra intentionem illorum l. non omnis 19. ff. de reb. credit.

Dub. 3. Quomodo se gerere debeat Parochus, qui Impedimentum ab altero contrahentium intellexit in ipsa confessione Sacramentali? R. Hoc casu monere quidem illum in Confessione potest, & debet, ut à contractu Matrimonii desistat; imò si monitionem contemnat, absolutionem negare, tanquam indisposito: si tamen ille

R. P. Schmalzgrueber L. IV.

Matrimonium contrahere nihilominus velit assistentiam suam illi denegare non potest, prout sumitur ex c. Sacerdotes 2. de offic. Ordin. & docent Armill. V. Confessor. n. 7. Sanch. l. 3. D. 16. n. 4. Coninck D. 27. n. 70. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 7. n. 5. Wiestner hic n. 17. Ratio est, quia notitia, in Confessione accepta, ad actus exteriores nullus est usus, ne Pœnitentiæ Sacramentum, ad æternam salutem Divinitus institutum, fidelibus onerosum, & odiosum reddatur.

Addi in Confessione; nam ea jam finita, si monitionem omisit, etsi perperam omiserit, non tenetur Confessor petere licentiam à pœnitente, ut eum moneat extra Confessionem de peccato, quod vult admittere; quia ut S. Thom. in 4. d. 21. q. 3. art. 1. quest. 1. ad 3. cum communi tradit, ex auditis in Confessione non ardetur Confessor ad aliquid faciendum, vel omittendum, aut remedium adhibendum extra illam, cum notitia ea solum sit ad forum Pœnitentiæ. Accedit, quia multi pœnitentes ægrè ferrent eam licentiam peti, ac peccati confessi memoriam refricari; vellent enim peccata omnino excidisse memoriâ. Sanch. l. cit. n. 6.

Dub. 4. An Denuntiationes ante Matrimonij contractum omiffa suppleri debeant post illius contractum ante consummationem illius? R. Cum distinctione: Vel enim remiffa illa sunt, vel solum per dispensationem Episcopi prætermiffa. Si primum, suppleri non debent, cum obligatio illarum pro eo casu sit omnino per dispensationem sublata. Si secundum, post nuptias, ante consummationem Matrimonij, faciendæ sunt, ut si fortè impedimentum dirimens subsit, illud facilius detegatur; alioquin conjuges peccabunt mortaliter illud consummando. Sanch. l. 3. de Matrim. D. 11. n. 3. Pal. tr. 28. D. 4. p. 13. §. 5. n. 6. Zcef. hic n. 3. Engl. n. 5. Pirh. n. 30, & colligitur ex Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. Matr. ubi præcipit, Denuntiationes ante Matrimonij consummationem in Ecclesia fieri, nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædicta Denuntiationes remittantur: quod præceptum, cum materiam gravem respiciat, sub culpa mortali videtur obligare.

Ratio est; quia hi contrahentes tenebantur Denuntiationes præmittere contractui Matrimonij. Igitur cum in hoc dispensatum cum ipsis sit, tenebuntur saltem illas præmittere ejus consummationi: non præmittentes autem contractui Matrimonij, seclusa dispensatione, vel causa necessaria, peccant mortaliter, etiamsi adhibeant omnem diligentiam, ut resciant, an impedimentum aliquod inter ipsos occultum sit. Ergo etiam peccabunt mortaliter, qui sine dispensatione omiffas denuntiationes ante Matrimonij consummationem non suppleant; nam idem violatur præceptum.

§

Pre-

*Proceditque hoc*, non solum, si prima vice consummatur Matrimonium ante Denuntiationes suppletas, sed etiam si postea sapius, quia est eadem Ratio, & idem imminet fornicationis periculum, cum nondum sit adhibita diligentia à Jure præscripta, ut impedimenta, quæ fortè latent, de-regantur. Ita Gutier. de Matr. c. 58. n. 2. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 5. n. 6. Barbof. alleg. 32. n. 3. contra Henric. l. 11. de matr. c. 16. n. 1. & alios, qui putant solum prima vice peccari mortaliter, & utuntur exemplo jejuni-j, quod si quis transgressus sit per secundam refectionem, non amplius contra illius præceptum mortaliter peccatur per tertiam.

73 *Queritur 10.* Quæ sint poena Matrimonij Claustrini ob ommissas illius Denuntiationes? *¶.* Si Denuntiationes absque dispensatione, & nulla iusta causa urgente, ommissæ sunt, & Matrimonium sine illis contractum est cum impedimento dirimente, proles ex ejusmodi Matrimonio susceptæ sunt illegitimæ, quamvis impedimenti ignorantiam habuerit uterque contrahentium, prout statuitur c. fin. §. si quis verò b. tit. & ratio ibi additur, quia ita contrahentes præsumuntur habere scientiam latentis impedimenti, vel ignorantiam illius saltem affectatam, quæ scientiæ æquiparatur, ac proinde non bona fide contraxisse. Et hinc disparitas est cum casu, quo vel uterque, vel alteruter Matrimonium cum impedimento occulto bona fide, præmissis Denuntiationibus, & alijs ex præcepto Ecclesiæ præmittendis, contraxit; nam istorum filij, etsi Matrimonium invalidum sit, legitimi sunt, licet ante dispensationem in impedimento sint procreati c. ex tenore 14. qui fil. legit. Ratio disparitatis est, quia ideo solum ex Matrimonio putativo geniti sunt legitimi, quia saltem alter parens fuit in probabili ignorantia impedimenti, & bona fide contraxit. Atqui ratio ista cessat, quando Matrimonium, ommissis Denuntiationibus, contrahitur cum impedimento dirimente; quia contrahentium ignorantia non amplius est probabilis, cum omiserint ea, quæ ad inquirendam veritatem requiruntur. Ergo &c.

74 *Conf. 1.* Ignorantia non excusat eum, qui non adhibuit debitam diligentiam inquirendo in id, in quod inquirere tenebatur; talis enim ignorantia est indirectè voluntaria, ut egregiè S. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. Corp. & q. 16. art. 6. quem sequuntur TT. omnes. Hoc autem fecerunt, qui contraxerunt, Denuntiationibus non præmissis. Igitur ignorantia eos excusare non debet.

*Conf. 2.* Si ambo Parentes sciant impedimentum Matrimonij, licet contrahant in facie Ecclesiæ, filij tamen ex ijs geniti non sunt legitimi; quia cum sciant, se non posse legitimè contrahere, & tamen contrahant, sunt in mala fide. Atqui contrahentes, non

præmissis Denuntiationibus, æquiparantur scientibus, ut colligitur ex §. si quis verò cit. ibi: *Cum illitaliter contrahendo affectatores ignorantie videantur.* Ergo non minus illorum filij illegitimi erunt, si illorum Matrimonium ex impedimento aliquo occulto, postea detecto, invalidum sit.

Dub. 1. An dicta poena Matrimonij clandestini, ut proles sit illegitima, locum habeat tantum, quando nullitas Matrimonij provenit ex impedimento Consanguinitatis, Affinitatis, aut alterius Agnationis, an verò etiam, quando oritur ex alio quocunque impedimento? *Primum* affirmant Gofred. Summ. tit. qui fil. legit. n. 11. Archidiacon. in c. cum in captivitate paulo post princ. 34. q. 2. Vincent. in c. ex tenore 14. qui fil. legit. Zabarell. in c. fin. h. tit. n. 4. Lupus tr. de Matr. p. 2. n. 9. §. 19. Pont. de Imped. matrim. c. 26. §. 7. §. secundo. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 14. n. 3. & videtur hoc colligi ex §. si quis cit. ibi, *Si quis hujusmodi clandestina, & prohibita conjugia inire præsumpserit in gradu prohibito &c.* Quæ verba, cum soli Matrimonio, inter personas affines, consanguineas, & alias hujusmodi conjunctas clam inuito conveniant, ad Matrimonia, inter personas aliunde impeditas inita, non videntur posse, aut debere extendi, quippe cum Constitutio ista pœnalis sit, afficiens proles omnino innocentes, ac propterea odiosissima, & quantum potest, restringenda.

Sed dicendum, pœnam istam extendendam etiam ad Matrimonia clam contracta cum impedimento quocunque, quod per Denuntiationes detegi potest. Ita cum præcipui nominis Interpretibus in c. fin. cit. docent Sylv. V. legitimus n. 1. Palæot. de noth. §. spurij c. 9. n. 5. Covar. de Sponsal. p. 2. c. 6. pr. n. 12. Mascard. de probat. concl. 298. n. 6. Sanch. l. 3. de Matr. D. 42. n. 4. Conink D. 27. de Sacram. dub. 9. n. 77. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 16. Barbof. in c. fin. cit. n. 13. Wagnerek in Trid. sess. 24. c. 1. ad h. tit. V. clandestina not. 2. Pirch. hic n. 37. Wiestner ibid. n. 86. Ratio est 1. quia esto, quod §. si quis cit. disertè solum mentio fiat affinitatis, & consanguinitatis, non obscure tamen etiam alia Impedimenta Constitutio illa comprehendit; nam in princ. c. cit. Innocentius III. generaliter, *Clandestina*, inquit, *conjugia penitus inibemus*; & post pauca, *Qui voluerit, ait, & valuerit, impedimentum opponat, & ipsi Presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obstat*, ut proinde mentio de impedimento gradus prohibiti videatur facta solum exempli causâ, quod in eo frequentius, quam cum alio impedimento contrahi Matrimonia soleant. 2. Quia ratio eadem prorsus est in quocunque impedimento; nam cum quocunque impedimento parentes contrahant, si tale sit, quod per De-

Denuntiationes detegi potest, videntur esse affectatores ignorantia, cum non adhiberint diligentiam Jure praescriptam ad inquirendum impedimentum. Atqui ubi eadem omnino ratio expressa in textu militat, Lex quantumcunque poenalis extendenda est ad illum casum, ex sententia communissima, & receptissima, teste Sanch. l. cit. ergo &c.

3. Quia privilegium legitimitatis c. cum inter 2. & c. ex tenore 14. qui fil. legit. solum conceditur illis prolibus, quae susceptae sunt a parentibus, qui cum impedimento occulto in facie Ecclesiae contraxerunt. Igitur a sensu contrario manebunt illegitimae, quae susceptae sunt a parentibus ex matrimonio clam, & Denuntiationibus non praemissis, contracto.

77 Dixi, Quod per Denuntiationes detegi potest. Secus videtur dicendum, si Matrimonium tale irritum sit ob impedimentum occultum, quod per Denuntiationes detegi nequit, v. g. ob defectum consensus in altero contrahentium; tunc enim, ut recte advertunt Sanch. l. cit. n. 5. Laym. n. 6. Pirh. n. 37. proles, ex tali Matrimonio suscepta, erit legitima, si alteruter conjux in bona fide fuit: quia tali casu cessat ratio §. si quis cit. neque enim tunc affectasse ignorantiam impedimenti dici possunt, cum omni adhibita diligentia, id scire non potuerint.

Ad Argumentum Sententiae oppositae patet ex dictis, quod dispositio §. si quis cit. impedimenta comprehendat omnia, quae per Denuntiationes detegi possunt. Deinde esto, illa non comprehendat, comprehendit, tamen ea illius ratio. Igitur juxta dicta n. praec. extendi debet ad omnes casus, comprehensos illa ratione, & hoc eo magis, quia c. cit. dispositio favorem, & salutem animarum spectat.

78 Dub. 2. An pro illegitimis habendae sint etiam proles, susceptae ex Matrimonio valido, contracto tamen, Denuntiationibus non praemissis? Affirmat quidem Maur. Anton. Coron. Confess. p. 2. de sac. Ord. tit. de suscipient. Ordin. n. 16. apud Sanch. l. 3. de Matr. D. 42. n. 2. Sed sine textu Juris, & contra torrentem DD. quos l. cit. allegat Sanchez, qui propterea dicti Doctoris sententiam non audiendam dicit: & merito; quia poena haec c. fin. §. si quis cit. solum imponitur, quando Matrimonium, non praemissis Denuntiationibus contractum, fuit invalidum ob ignoratum impedimentum. Conf. ex c. quod nobis 2. b. tit. ubi statuitur, si Matrimonia ita occulte contrahantur, quod exinde legitima probatio non appareat & personae contrahentium haec voluerint publicare, ea ab Ecclesia recipienda esse, & comprobanda, tanquam a principio in Ecclesiae conspectu contracta. Sed si a principio essent in conspectu Ecclesiae contracta, filij inde nati essent legitimi, ergo &c. Sed hinc majus dubium, &

R. P. Schmalzgrueber L. IV,

Controversia oritur, an casu, quo Matrimonium clandestinum ob ignorantiam impedimenti contractum fuit invalidum, si hoc deinde publicetur, & approbetur ab Ecclesia eo, quod nullum detectum sit impedimentum, filij inde nati legitimi sint favore c. ex tenore 14. qui fil. legit. Certum est, legitimos esse, qui nati sunt post approbationem, tunc enim cessat ratio §. si quis cit. habent enim parentes tunc legitimam causam ignorandi impedimentum.

Difficultas solum est de filijs natis, aut genitis ante Ecclesiae approbationem. Negant Rosell. V. illegitimus n. 4. Angel. V. filius n. 12. Tabien. V. eod. q. 5. n. 6. Fundantur 1. quia §. si quis cit. generaliter traditur, filios susceptos ex matrimonio clandestino invalido ob ignoratum impedimentum, esse illegitimos. Sed hi revera suscepti sunt ex Matrimonio clandestino invalido. Ergo &c. 2. c. quod nobis cit. post publicationem fingitur Matrimonium tanquam a principio in conspectu Ecclesiae contractum solum casu, quo rationabilis causa non praepedit. Praepedit autem in casu dato causa rationabilis, nempe impedimentum postea detectum. 3. non plus tribuendum est Matrimonio putativo clandestino, quam valido in conspectu Ecclesiae celebrato; sed verum Matrimonium superveniens non legitimat prolem, quando parentes ejus conceptae, vel natae tempore Matrimonio copulari non poterant c. tanta 6. qui fil. legit. ergo nec putativum clandestinum legitimabit prolem ante approbationem illius genitam, cum eo tempore non potuerint parentes contrahere ob impedimentum dirimens ab ipsis ignoratum. 4. Danti operam rei illicitae error nihil prodeit l. eum, qui nocentem 18. §. si injuria 3. ff. de injur. sed contrahens clandestine dat operam rei illicitae. Ego error impedimenti praecedens non prodeit, ut filij, accedente Ecclesiae approbatione, legitimentur.

Sed dicendum, legitimos effici filios, etiam ante approbationem Ecclesiae natos, si postea tale Matrimonium publicatum, & Ecclesiae auctoritate, tanquam validum, fuerit comprobatum, licet postea deregatur impedimentum. Ita Joan. Andr. in c. quod nobis cit. n. 4. Anchar. n. 6. Alex de Nevo n. 7. Praeposit. n. 4. Sylv. V. filij q. 8. §. 10. Armill. V. filius n. 14. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 8. §. 2. n. 16. §. 12. Sanch. l. 3. de Matr. D. 43. n. 4. Ratio est; quia Ecclesiae approbatio purgat omne vitium Matrimonij clandestini, & tollit praesumptionem affectatae ignorantiae, quod fuit motivum c. fin. §. si quis cit. igitur sicut Matrimonium subsequens legitimat filios ante susceptos, ita & approbatio Ecclesiae in nostro casu. Conf. Ante detectum impedimentum post publicationem Matrimonij pro legitimis habentur filij etiam ante publicationem suscepti, Ergo

S 2

ta



tales manent, licet detecto dein impedimento, conjuges separentur; nam legitimatio- nis jus ijs jam est quæsitum, & factum legitime retractari non debet, licet postea casus eveniat, à quo non poterat inchoari, ut dicitur Reg. 73. in 6.

81 Neque obstant Argumenta opposita. Ad 1. Textus ille intelligendus est juxta c. quod nobis cit. nisi scilicet Matrimonium postea approbetur ab Ecclesia; quia per eam approbationem purgatur vitium affectata ignorantia. Ad 2. Condicio illa, Nisi rationabilis causa præpediat, pertinet ad approbationem Ecclesiæ, ut sensus sit, Matrimonium sic publicatum approbandum, nisi tempore publicationis detectum sit impedimentum; nam si tum non apparet impedimentum, approbatur Matrimonium absolute, acsi à principio fuisset rite contractum. Ad 3. Disparitas est, quia Matrimonium subsequens non retrahitur ad legitimandos spurios, cum hos Jus ipsum expressè excipiat; retrahitur autem ad legitimandos filios susceptos ante publicationem ex matrimonio clandestino approbatio Ecclesiæ, quod hæc purget præsumptionem scientiæ. Ad 4. Major ibi posita vera est, dum non purgatur vitium illius erroris; conf. in casu nostro non procedit.

82 Dub. 3. Quænam alia sit poena Matrimonij, sine prævijs Denuntiationibus contracti? R. Præter hoc, quod filij ex tali Matrimonio suscepti, detecto impedimento dirimente, habendi sint pro illegitimis, insuper accedit poena altera, dum scilicet personis, quæ Matrimonia cum impedimento dirimente, etiam occulto, sine prævijs Denuntiationibus contraxerunt, dispensationis super illo postea detecto obtinendæ spes adimitur, ut patet ex Trid. sess. 24. c. 5. de reform. matr. ubi etiam ratio datur; quia dignus non est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta temere contempserit.

83 Intelligendum autem hoc est non tantum de Dispensationibus, quas alij quidam inferiores Pontifice ex privilegio dare in gradu prohibito post nuptias bona fide contractas possunt; nam his c. 5. cit. potestas dispensandi in hujusmodi impedimento aperte negatur in casu, quo nuptiæ celebratæ sunt, temere omisiss Denuntiationibus. Conink D. 27. de Sacram. dub. 9. n. 81. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 16. fin. Sed c. cit. dispositio extendenda est etiam ad Dispensationes Pontificias, cujus obtinendæ spes ibidem adimitur sic contrahentibus. Neque obstat, quod Concilium non possit Pontificis dispensationem interdicerere, ejusque potestatem ligare; quia Concilium c. cit. solum ostendit, ejusmodi dispensationem, præsertim si frequens sit, esse perniciosam Ecclesiæ: quo posito eam Pontifici non interdicit Concilium, sed Christus, qui Pontifici

potestatem dispensandi dedit non ad destructionem, sed ædificationem Ecclesiæ. Videatur Sanch. l. 3. de Matr. D. 45. n. 3.

Ex quo sequitur, in supplicatione pro dispensatione talis impedimenti necessario exprimendam esse omissionem Denuntiationum; aliàs dispensatio subsecuta erit subreptitia, & conf. invalida. Sanch. n. 3. cit. Vincent. de Justis de dispens. Matr. l. 2. c. 19. n. 117. König hic n. 25. fin. Ratio est, quia eo ipso, quod Concilium decernat, si contrahentes spe Dispensationis carere debere, constituit omissionem temerariam Denuntiationum, & Matrimonium sic contractum esse impedimentum ad dispensationem impetrandam, & conf. tacite vult illud exprimi. Accedit, quia in Decretis Concilij Generalis nunquam visus est Pontifex dispensare, nisi specialem de hoc mentionem faciat.

Locum autem habet hæc poena non tantum in casu, quo impedimentum, ob quod Matrimonium irritum est, est consanguinitas, vel affinitas, aut alia cognatio, sed intelligendum hoc de quocunque alio impedimento dirimente, quod per Denuntiationes detegi poterat, ut alijs relatis docet Sanch. l. 3. D. 42. n. 7. Laym. n. 16. cit. v. altera, Barbof. in c. 5. Trid. cit. n. 1. Pirh. hic n. 39. Wietner ibid. n. 88. idque Curia Romanæ Stylo receptum esse testatur Corrad. prax. Dispens. Apost. l. 8. c. 3. n. 2. Nec immerito; quia quamvis hæc poena sit, est tamen statutum in maximum animarum favorem, nempe ad vitanda Matrimonia irrita, quæ passim spe Dispensationis contraherentur; & hinc non restringi, sed extendi debet: imò hæc non extensio, sed genuina intellectio, seu interpretatio Decreti Synodalis est, cum ratio, quæ militat contra Matrimonium in gradu prohibito sine prævijs Denuntiationibus in initum, etiam militet de matrimonio sic inito cum quocunque impedimento dirimente.

Dub. 4. An poenæ istæ afficiant etiam illos, qui Denuntiationibus non præmissis, cum tali impedimento dirimente occulto, & à se ignorato contrahunt coram Parocho, & testibus? Negat Petr. de Ledesm. de Matr. q. 45. art. 5. §. est tamen dubium v. secundo dicendum, ex ratione, quia tale Matrimonium est in facie Ecclesiæ contractum, & conf. non clandestinum. Atqui poenæ ista tantum statuta est Matrimonij clandestinis. Ergo &c.

Sed responsio patet ex dictis h. tit. nam duplici modo dici Matrimonium clandestinum potest, uno, quando id non contrahitur coram Parocho, & testibus; altero, quo illud inquit, Denuntiationibus non præmissis. Primo modo quando in initum est, invalidum est de Jure Trid. etiam si nullo aliud impedimentum dirimens intervenit, ut infra n. 91. dicitur; conf. poenam

nam suam jam habet sic contrahens, cui Trid. ut constabit ex n. 131, addidit arbitriariam. Altero modo quando initum est, valeret, si non interueniret impedimentum: si tamen impedimentum aliquod interueniat, in odium Matrimonij sic contracti §. *si quis* & Trid. sess. 24. c. 5. cit. statuta sunt duae poenae haec tenus relata.

Et hinc ruit Argumentum aduersa sententiae; nam etiam Matrimonium, coram Parocho, & testibus celebratum, si Denuntiationes praemissae non sint, clandestinum dicitur. Igitur cum Jura loquantur generaliter, etiam illud subiectum erit poenis haec tenus relatis.

87 Dub. 5. Quae sit poena Parochi, vel alterius Sacerdotis extranei, si assistat Matrimonio, Denuntiationibus non praemissis, celebrando? n. c. *fin.* §. *ult. h. tit.* suspendi iubetur ab officio per triennium, vel grauiori etiam poena plecti, si culpae qualitas postulauerit. Circa quam poenam sequentia sunt aduertenda.

I. Ea etiamnum hodie est obseruanda, Sanch. l. 3. D. 48. n. 5. Conink D. 27. de Sacram. n. 84. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 14. n. 12. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 162. Pignatell. tom. 4. conf. 147. n. 14. Monacell. p. 3. tit. 2. form. 5. n. 18. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 205. quia Trid. in hoc nullam statuit poenam; conf. standum est dispositione c. *fin.* cit.

2. Ea suspensio non est latae, sed ferendae sententiae. Salzedo in pract. can. c. 73. §. *suspenditur lit.* B. Sanch. D. 48. cit. n. 2. Barbof. alleg. 32. cit. n. 161. Pirh. hic n. 42. not. 1. Engl. n. 3. König n. 25. Reiffenstuel n. 51. & constat ex textu ibi, *Suspendatur*, quod actum, seu Ministerium Iudicis in futurum exigit.

3. Ea suspensio, quia durationis tempus à Jure determinatum est, ante triennij lapsum relaxari, & ab ipsa absolui Parochus non potest ab Episcopo. Gutier. c. 75. n. 22. Sanch. D. 52. n. 2. Pont. l. 5. c. 37. n. 11. Pirh. hic n. 44. Wiestner *ibidem* n. 89.

4. Eandem suspensionem incurrit Parochus, etsi ipse ejusmodi Matrimonio non assistat, si contrahendum non prohibeat, ut patet ex §. *fin.* cit. ibi, *Si Parochus tales conjunctiones prohibere noluerit.* Majol. l. 2. de Irregul. c. 25. n. 17. & 18. Henr. l. 11. de Matr. c. 5. n. 6. Vega l. 6. summ. cas. 112. Sanch. D. 48. n. 5.

5. Ita suspensus ab Officio, redivus tamen Beneficij sui adhuc potest percipere; quia §. *fin.* cit. solum exprimitur suspensio ab Officio, non verò etiam à Beneficio, quae cum sint distinctae, una non trahit alteram. Rodriq. tom. 1. summ. edit. 2. c. 221. n. 4. Sanch. D. 51. n. 14. Pirh. hic n. 43. qui tamen monent, posse talem à Jure etiam suspendi à Beneficio, si culpae gravitas id exigeret.

## §. II.

## De Matrimonio Claudefitino propter defectum Parochi, &amp; Testium.

## S U M M A R I U M.

89. Matrimonia claudefitina Jure antiquo prohibita quidem fuere.  
90. Valida tamen, & rata erant.  
91. Nunc verò per Trid. irritata sunt.  
92. Cause irritandi.  
93. 94. 95. Haec cause non probant, quòd sic contracta sint illicita Jure naturali.  
96. Lege hac Tridentini non afficiuntur Infideles.  
97. Nec fideles in locis, in quibus Trid. promulgatum, aut receptum non est.  
98. Nam ut obliget hoc ejus Decretum, promulgari debet in singulis Parochijs.  
99. Sed Decreto isto afficiuntur soli fideles, existentes in locis, ubi promulgatum, & receptum illud est.  
100. In dubio promulgatio facta praesumitur ex diuturna ejus obseruatione.  
101. Defectum Parochi non supplet quicumque numerus testium.  
102. Nec à nullitate excusat ignorantia Decreti.  
103. Et procedit, etiamsi Parochus sit mortuus, & nullus alius adsit, qui vices ejusdem suppleat.

104. Casus, quibus Matrimonium claudefitum antiquo Jure licitum erat.  
105. An in his casibus defecto licite, & valide contrahi possit?  
106. Respondetur negativè.  
107. Rationes dubitandi solvuntur.  
108. Sc. Utrum si incolae locorum, in quibus Trid. receptum est, confluant in locum, ubi non est receptum, possint ibi contrahere clam?  
111. Quid dicendum, si eo solum animo eò se transferant, ut possint clam contrahere?  
112. Dicendum, invalide tunc contrahere.  
113. Respondetur ad Argumenta opposita.  
114. Quomodo contrahere possint Christiani, commorantes apud Infideles?  
115. Vel Catholici, qui Hereticis permixti degunt?  
116. Quid si in loco Heretico nullus sit Parochus Catholicus, vel tutò adiri nequeat?  
117. An eo casu contrahere Catholici coram Praedicante possint?

118. An casu, quo Matrimonium invalidum, remoto impedimento, est renovandum, opus sit iteratâ assistentiâ Parochi, & testium?
119. Respondetur affirmativè, si impedimentum sit publicum?
120. An idem dicendum casu, quo impedimentum occultum omnino, nec probandi ejus sit ullum periculum?
121. Respondetur, tunc sufficere, si conjuges inter se solos consensum renovent.
122. Diluuntur Argumenta opposita.

123. An Matrimonium clandestinum vim saltem Sponsalium habeat? Conceditur de Matrimonio impuberum.
124. 125. 126. 127. Negatur de Matrimonio puberum.
128. 129. Ad clam contrabendum dispensare non potest Episcopus.
130. 131. Pœne clam contrabentium.
132. Pœna Parochi assistentis Matrimonio sine testibus requisitis.
133. Sic assistens suspensionem triennem de Jure non incurrit.

89. **Q**ueritur 1. Quo Jure, an novo tantum, an verò etiam antiquo Matrimonia, clam sine Parocho, & testibus contracta invalida sint? *Certum est 1.* quòd hujusmodi Matrimonia sint irrita Jure novo Trid. ut patet ex Trid. *Sess. 24. c. 1. de reform. matr. ibi, Sancta Synodus* -- hujusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit &c.

*Certum est 2.* Quòd eadem Matrimonia etiam Jure antiquo semper fuerint ab Ecclesia graviter prohibita, adeoque ex genere suo mortaliter illicita, ut patet ex *can. aliter 1. can. nullus 2. can. nostrates 3. can. Sponsus 5. Sc. caus. 30. q. 5.* & expressè habetur in Trid. *c. cit. ibi, Nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa (Matrimonia clandestina) semper detestata est, atque prohibuit.*

90. *Certum est 3.* Quòd eadem Matrimonia olim ante Trid. fuerint vera, rata, & valida. Patet ex *c. quod nobis 2. b. tit. ubi dicitur, si contrahentes clandestina Matrimonia, ea volunt in Ecclesia publicari, recipienda esse.* Igitur fuerunt valida, Deciderunt hoc etiam P. P. Trid. *c. 1. cit. dum Anathemate damnant eos, qui ausi fuerint contrarium dicere.* Hinc quando *can. aliter cit. Matrimonium, sine solennitatibus ibi præscriptis contractum, dicitur non esse legitimum, & potius adulteria, fornicationes &c. dicendum est, quòd non sint licita; quia Legibus non sunt conformia: vel ut Engl. *hic n. 10. respondet, can. cit. loquitur præsumptivè, quòd scilicet præsumatur contra Matrimonium clandestinum, usque dum verum Matrimonium probetur; idque arguunt verba finalia can. cit. ibi, Nisi voluntas propria suffragaverit, & vota succurrerint legitima.**

91. Superest igitur, ut dicamus, Matrimonia ista irritata esse solum Jure novo Trid. Insurgunt quidem in contrarium Hæretici nostri temporis, & dubitabant olim ante Trid. Ruard. Tapper. *art. 20. Lovanienfi ante S. Professionem sacre Religionis, & Sot. in 4. dist. 28. q. 1. art. 1. ad 1.* & ratio istorum erat; quia Ecclesia non potest facere ex Sacramento non Sacramentum, sed Matrimonium clandestinum ante Trid. fuit Sacramentum. Ergo Ecclesia non potuit illud irritare. Sed facilis est argumenti

hujus solutio, distinguendo Majorem: Ecclesia non potuit facere ex Sacramento non Sacramentum directè, h. e. mutando, vel tollendo materiam, aut formam à Christo determinatam. *Conc. indirectè, mutando aliquid sub directione, & determinatione Ecclesie relictum. Neg.* Nam Christus Matrimonium elevavit ad rationem Sacramenti sub ratione generali Contractus legitimi, formam autem, ut legitimus ille sit, determinandam reliquit Ecclesie. Hinc illa irritando Matrimonia clandestina, tantum fecit, ut contractus, qui antea legitimus fuit, jam non sit legitimus, & non amplius habeat qualitatem requisitam à Christo. *Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 2.*

Porro causæ irritandi gravissimæ erant, gravissima scilicet pericula animarum, aliæque incommoda, quæ ex hujusmodi Matrimonijs oriebantur; cum enim probari non potuerint fuisse inita, hinc factum fuit, ut contracta dissolverentur passim, & contraherentur nova, eaque adulterina conjugia. Quæ incommoda, & pericula cum secum trahant etiam Matrimonia præsumpta, imò illa revera clandestina sint, hinc eodem Tridentini Decreto cum clandestinis conjugijs etiam ista sublata sunt, ut adeò hodie Sponsalia de futuro per copulam carnalem, etiam affectu conjugali subsecutam, & per quoscunque alios actus occultos in Matrimonium non amplius transeant, nisi verus, ac mutuus consensus per verba, vel alia signa de præsentem coram Parocho, & testibus exprimat, ut docet Navar. *Man. c. 22. 28. & c. 25. à n. 144. Sanch. l. 3. de matr. D. 40. n. 3. Gutier. l. 1. q. 9. can. 18. n. 8. & teste P. Wiefner *hic n. 21. cæteri uno ore, additque Gutier. l. cit. ita declaratum à S. Congr. Card. Trid. Interpp.**

92. **Q**ueritur 2. An Matrimonia clandestina, sicut solo Jure Ecclesiastico sunt irritata, ita eodem tantum Jure sint illicita? Jure naturali illicita esse defendit Petr. de Soto *sect. 14. de Matr. §. primum.* Palacios in *4. dist. 28. D. 3. pr. Veracruz p. 1. specul. art. 10. concl. 2. Sanch. l. 3. de Matr. D. 3. n. 8. allegans pro se Thom. dist. cit. q. un. art. 3. ad 3. in quorum proinde Sententiâ etiam Infideles, si nuptias clam contrahant,*

hant, lethalis culpæ reatum incurrunt. *Rationem* dant; quia Matrimonia clandestina ex sua natura gravia mala secum trahunt, ceduntque in grave detrimentum ipsorum contrahentium, prolis, & Reipublicæ: *Contrahentium* quidem; quia cum ejusmodi Matrimoniorum contractus, ut dictum est, sufficienter probari nequeant, ansam præbent, ut unus alterius pertactus, malitiosè transeat ad alias nuptias, & alterum etiam legitimum suum consortem in similis transitus periculum conjiciat: *Prolis* autem, quippe quam maritus facile negare possit esse suam; quo fit, ut ea à patre deseratur, & malè educetur: *Reipublicæ* denique, quia talibus conjugijs, & maximè eorum dissolutione necessè est perturbari maximè illius quietem, cum sic contingere possit, ut sæpe dux, vel plures femina eundem præterendant suum maritum esse, & vicissim plures viri eandem feminam pro sua uxore vendiant: quæ mala, cum sint gravissima, & non minora, imò majora, quàm quæ affert vagus concubitus, & fornicatio, videntur consequi, quòd Jure naturali etiam Matrimonia clandestina prohibita sint, sicut ob similia mala eo Jure prohibita est fornicatio, & vagus concubitus.

94 Sed dicendum, Matrimonia clandestina solo Jure humano, & positivo Ecclesiæ esse prohibita. Ita Cajet. tom. 1. opuscul. tr. 12. de Matr. q. 2. Sot. dist. cit. q. 1. art. 2. concl. 1. Conink D. 27. de Sacram. dub. 1. n. 4. Hurtad. de matr. D. 5. n. 3. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 2. n. 1. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 1. §. speciato, Perez de matr. D. 39. sect. 2. n. 4. §. 5. Vallens. hic n. 1. Zoef. n. 1. Pirh. n. 2. Wiefner n. 28. & alij: quòd etiam apertè insinuat S. Thom. dist. 28. cit. art. 2. ad 3. ubi non obscurè docet hujusmodi Matrimonia illicita esse, quia ab Ecclesiæ sunt prohibita. *Ratione* ostenditur 1. quia si Jure naturali essent illicita, illicita essent propterea, quòd clandestinitas illorum contineret necessariam disconvenientiam cum natura naturali, & contrahentes ejusmodi Matrimonia, aut alios exponerent proximo, vel admodum propinquo periculo peccandi. Hoc non fit; quamvis enim memorata mala ex clandestinis nuptijs consequantur, non tamen illa cum his per se, & necessariò connexa sunt, quippe quæ non ordinariè, sed rariùs, & merè per accidens, nec omnium etiam pravorum, sed paucorum duntaxat hominum malitià, aut fragilitate ex ijs oriuntur. 2. Non minùs tristes & infelices exitus nascuntur ex nuptijs coactis, quæ tamen Jure naturæ valent; quia mala illa caveri poterant providentià Magistratùs humani ejusmodi nuptias irritantis. Igitur cum pariter tolli mala, quæ ex nuptijs clandestinis oriri possunt, nuptiarum istarum prohibitione, aut irritatione valeant, non est dicendum, quòd Jure naturæ aut

prohibitæ, aut irritæ sint. 3. Nullus alius etiam Sponsalium contractus clandestinus Jure naturali illicitus est, ergo neque nuptiæ clandestinæ; nam earum contractus sequitur naturam cæterorum contractuum.

Ex his patet ad Argumentum oppositum, & simul etiam liquet, quòd Infideles, seclusa Lege propriorum Magistratum suorum, quibus id facere prohibeantur, nullius peccati reatum incurrant, si matrimonia clandestina ineant.

96 Quæritur 3. Quinam afficiantur irritatione Matrimonij clandestini ab Ecclesiæ facta? *Certum est* 1. eà non affici Paganos, & Judæos, quamvis etiam in territorio Ecclesiæ habitent, & Jurisdictioni temporali Papæ subiecti sint; quia Lex irritans Matrimonia clandestina est merè Ecclesiastica; conf. infideles, qui per Baptismum in Ecclesiam nunquam ingressi sunt, non concernit. Coninck D. 27. de Sacram. n. 11. Laymann l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 1. §. speciato, Pal. tr. 38. D. 2. p. 13. §. 2. n. 6. Zoef. hic n. 25. König n. 27. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 83.

*Certum est* 2. Eà non affici etiam si 97 infideles, in quorum Provincijs Tridentinum nunquam est promulgatum, vel non receptum usu, ut olim in Gallia, aut contrario usu abrogatum, vel derogatum. Coninck n. 11. cit. Laym. n. 7. Pal. n. 3. Zoef. n. 21. Pirh. n. 9. Schambog. n. 8. König n. 27. Wiefner n. 23. Illung tr. 6. D. 9. n. 111. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 25. Magnif. P. Schmier l. cit. n. 82. arg. can. erit autem 2. dist. 4. c. fin. de consuet. l. Leges 9. C. de LL. & decernitur in Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. matr. in fin. Dixi olim in Gallia; licet enim in hac initio Decretum istud Trid. non fuerit receptum, aut publicatum, postea tamen id factum Parisijs testantur passim DD. Joan. Cabassut. in Not. Concil. fin. Andr. Mendo Epitom. §. Matrimonium n. 45. Gobat. Exper. tr. 9. cas. 18. n. 485. Bruno Neuffer Polyantb. D. 182. q. 2. Wex. n. 25. cit. Adeoque etiam in hac moderno tempore Matrimonia clandestina sunt invalida.

*Certum est* 3. ad hoc, ut dictum De-98 cretum obliget in aliqua Parochia, non sufficere, quòd in Diocesi sit promulgatum, sed necessariò requiri, ut etiam in ipsa Parochia promulgatum sit, prout notant Fagnan. in c. quod à Predecessore 1. n. 143. de Schismat. Barbof. ad Concil. Trid. c. 1. cit. n. 169. Reiffenstuel hic n. 118. & clarè desumitur ex textu Trid. cit. ubi S. Synodus decernit, ut hujusmodi Decretum in unaquaque Parochia suum robur post 30. dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem Parochia factæ, numerandos. Hinc mos est S. Congr. Concil. quòd dum in ea disceptari contingit super validitate Matrimonij initi in locis, ubi non constat, vel rationabiliter dubitatur, an Trid. promulgatum sit

in loco Matrimonij, exquirat informationem, an in loco Matrimonij publicatio facta fuerit, prout novissimè servavit in *Ratiobeneas. 9. Augusti. 1704.* Excipitur, nisi agatur de locis, in quibus publicatio ob Hæresin ab initio fieri non potuit, idè que Hæresis impedimentum etiamnum durat; nam hoc casu informationem super publicatione exquirere non solet, prout nec exquisivit in *Passaviensi Matrim. 20. Nov. 1706.* quòd in casu quæstionis Matrimonium contractum fuerit Tiguri in Helvetia, ubi jam anno 1519. sedem fixit Zyvinglius Hæresiarcha, & etiamnum Hæresis continuat. Simili ex causa promulgatio non est inquirenda quoad Angliam, Scotiam, Hiberniam, Sueciam, Daniam, Pomeraniam, Saxoniam, Prussiam &c. quia prædicta Regna, & Provinciæ jam ante annum 1545. quo Trid. haberi cœpit, defecerunt à Fide Catholica, & cons. obstante Hæresi Decretum ejus promulgari non potuit. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 25. In his ergo Provincijs valida erunt Matrimonia, non servatâ formâ Trid. contracta, nisi aliud obflet. Vincent. Petr. tom. 4. fol. 78. n. 22.

99 *Quare dicendum,* Decreto hoc Trid. affici solos, & quoscunque fideles existentes in locis, in quibus illud publicatum, & usu receptum est. Neque ab observatione ejus excipiuntur Hæretici, si in talibus locis degant, in quibus Trid. promulgatum, atque receptum est; quia per Baptismum intra Januam Ecclesiæ recepti, & ejus subditi effecti sunt. Subditi autem, quamvis rebellis, utique ad Leges Superioris sui tenetur. Engl. *bic n. 20. concl. 5.* Interim tamen, ut notat König *bic n. 4. concl. 2.* meritò præsumitur de pia Matre Ecclesia, quòd etiam horum Matrimonia sustineat propter mala maxima, ac pericula provenitura ex eo, si illa essent invalida. Hinc practicè probabile esse putat Hæreticos sine legitimo, i. e. Catholico Parocho validè contrahere Matrimonium in loco, ubi viget publicum suæ Religionis exercitium, licèt eadem sit communis tum Hæreticorum, tum Catholicorum Parochia, & in ea priùs jam fuerit promulgatum Trid. ac receptum. Favent huic opinioni Tanner. *D. 8. q. 3. dub. 16.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 7.* Sporer *de Matr. n. 35.* & teste König *l. cit.* plerique Germanæ Doctores.

100 Porro quando dubitatur de hujus Decreti publicatione, utrum illa in aliquo loco facta sit, non est necessariò probandus ipse actus publicationis, sed sufficienter præsumitur, si ipsum Decretum in tali Parochia tanquam Decretum Concilij aliquo jam tempore est observatum, ut resolutum referunt Fagn. *in c. quod à Prædecessore 1. n. 143. de Schismat.* & Pignatell. *tom. 4. consult. 79. n. 40.* idque luculentius elicitur ex verbis

Resolutionis in Constantinopolit. 16. Dec. 1634. ubi S. Congr. censuit, Rituale Romanum de Sacramento Matrimonij observatum in singulis Parochijs Civitatis Peræ tanquam Decretum Concilij, seu summi Pontificis Romani inducere sufficientem præsumptionem publicationis ejus Decreti, ita ut in celebratione Matrimoniorum pro illorum validitate servanda sit forma ab eodem S. Concilio præscripta. apud Petram tom. 4. comment. fol. 81. n. 35.

Atque ex his sequitur 1. invalidum, & nullum esse Matrimonium, quod à fidelibus existentibus in loco ubi Trid. promulgatum, aut usu receptum est, contrahitur præsentè solo Parocho, aut hoc solo absente coram alio quocunque numero testium, etiam in loco publico, & coram tota communitate. Navar. *Man. c. 25. n. 144.* Gutier. *de Matr. c. 61. n. 8.* Sanch. *l. 3. de Matr. D. 17. n. 7.* Pirh. *n. 7. fin.* Wiefner *ibid. n. 24.* quia Trid. præsentiam Parochi, & testium indivisim exigit. Et hoc verum est, etiamsi vagi sint, aut peregrini, qui veniant ex loco, ubi Trid. non est receptum, & ibi habeant domicilium, ut benè docent Petr. de Ledesm. *Matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. ult. §. primum certum est.* Sanch. *l. 3. D. 18. n. 26.* Conink *D. 27. de Sacram. dub. 1. fin.* Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 32. n. 155.* Pal. *tr. 28. D. 2. p. 13. §. 8. n. 5.* Wex Ariadn. *p. 5. tr. 2. §. 4. n. 29.* Engl. *bic n. 20. concl. 7.* Schambog, *ibid. n. 9.* Pirh. *n. 10.* Wiefner *n. 37.* Et ideo si Hæretici venientes ex sua patria, ubi Trid. non est receptum, in loco, ubi illud receptum est, & Hæresis publicum exercitium non habet, veluti in Bavaria nostra, clam contrahant, invalidè contrahunt; quia Contractus regulari debent secundum Leges, & consuetudinem loci, in quo celebrantur, & non solum cives, sed omnes ibidem contrahentes forum loci illius sortiuntur *c. fin. de for. compet.* in omni enim loco observanda est forma substantialis Contractus, quæ pro illo loco præscripta est idque in specie decidit etiam de Contractu matrimoniali *c. de Francia 1. de Sponsal.* ubi Matrimonium contractum, non observata Legge, vel consuetudine patriæ, initum tamen secundum Leges loci, ubi uxor ducta est, pronuntiatur validum.

Sequitur 2. clam contrahentibus non patrocinari, quòd bona fide ita contraxerint, quia ignorabant hanc Ecclesiæ Legem, ut rectè Gutier. *c. 61. de Matr. à n. 10.* Sanch. *D. 17. n. 10.* Pont. *l. 5. de Matr. c. 6. n. 18.* Conink *D. 27. n. 11.* Pal. *§. 8. n. 7.* Pirh. *bic n. 6.* Engl. *n. 19.* Schambog, *n. 8.* Wiefner *n. 26.* quia licèt invincibilis ignorantia eos excuset à peccato, Matrimonium tamen validum non potest reddere: Conf. ex Regula generali, juxta quam, quotiescunque Constitutio exprimit, a quo tempore debeat obligare, ab illo tempore etiam

etiam afficit ignorantes, quoad nullitatem actus, licet non afficiat quoad alias poenas, ut plurimis alijs *cit.* advertit Sanch. l. cit. æqui Trid. irritans Matrimonia clandestina, assignat tempus, à quo incipit obligare, nempe post 30. dies à die primæ publicationis, in qualibet Parochia factæ, numerandos, ergo ab illo tempore quoad annulationem Matrimonij etiam ignorantes obligat. *Neque obstat.*, quod inhabilem aliquem reddere ad actum sit poena, quæ invincibiliter ignorantes non afficit; dicendum enim, tunc esse poenam, quando statuitur in odium contrahentium hujusmodi inhabilitas, secus, quando ex defectu solennitatis, & formæ substantialis ad actum requisitæ; tunc enim solum indicat consensum esse illegitimum.

103 Sequitur 3. non valere Matrimonium, contractum sine Parocho, & testibus, etiam eo tempore, quo à loco absens, aut mortuus est Parochus, neque adest alius, qui vices ejusdem gerat. Pal. §. 8. cit. n. 9. *Engl. hic 19.* Wiefner n. 26. Et idem dicendum, si in articulo mortis constitutus velit contrahere Matrimonium cum concubina ad legitimandas proles ex ea susceptas. Henric. l. 11. c. 8. n. 5. & 8. Gutier. c. 61. cit. n. 4. Conink D. 27. n. 11. Barbof. alleg. 32. n. 53. *su.* & n. 147. Sanch. n. 4. Pont. n. 3. Pal. n. 9. Zoef. n. 9. Schambog. n. 8. Pirh. n. 7. Wiefner n. 26. Ratio est, quia quando Jus actum aliter, quam certo modo, fieri prohibet, appositâ clausulâ actum aliter gestum irritante, secundum receptam doctrinam modus ille pertinet ad formam actus, quæ ad unguem observanda est, & quia esse data actui, ita necessaria est, ut sine ipsa actus esse, & subsistere nequeat, atqui clausula hujusmodi irritans additur in Decreto Trid. quo prohibetur aliter, quam coram Parocho, & testibus Matrimonium contrahi. igitur horum præsentia in locis, ubi Trid. est publicatum, & viget, ad Matrimonij moram pertinet, & cons. aliter contractum est nullum; res enim sine forma sua subsistere nequit.

104 Quæritur 4. quibus casibus ante Trid. fuerit, & nunc in locis, ubi Concilium illud receptum non est, sit licitum contrahere Matrimonium clandestinum? 3. quinque ejusmodi casus enarrat Tanner. tom. 4. D. 8. de Matr. q. 3. dub. 6. n. 111. Et 1. quidem, si ita contrahentes evadere possint subitum periculum mortis. 2. si timor probabilis esset, ne adhibendo testes matrimonium malitiosè impediatur. 3. si expectando testes, amitterent Sponsi magnam opportunitatem Matrimonium contrahendi. 4. si sine gravi damno palam non possint contrahere, ut si virgo, sub tutoris potestate constituta, merito timeat se tradendam viro pravo, vel aliâ indigno ab iniquo tutore. 5. si post Ma-

R. P. Sobmalzgrueber L. IV.

rimonium, semel publicè contractum, sed invalidè ob interveniens impedimentum, post impetratam dispensationem clam denuo contrahatur. Quorum omnium ratio est, quia hujusmodi Leges affirmativæ non ita strictè obligant, quin licitum sit ab eis recedere ob urgentem necessitatem, vel aliam justam causam, dummodo alia gravia incommoda vitentur.

*Difficultas est*, an in positis casibus etiam defacto, & ibi, ubi Trid. promulgatum, atque receptum est, sine Parocho, & testibus contrahi validè, & licitè Matrimonium possit? Videtur posse. 1. quia Leges Divinæ recipiunt interpretationem ex æquo, & bono, & ex epiki; & hinc quamvis Joan. 1. dicatur, neminem absque Baptismo salvari posse, tamen deficiente Ministri, vel aquæ copiâ, satis est Baptismi Votum. ergo à fortiori ita interpretari licet Leges humanas, qualis est Lex Trid. irritans Matrimonium clandestinum. 2. Et si Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. jubeat Matrimonio præmitti Denuntiationes, tamen ubi periculum est in mora, ut n. 42. dictum est, Denuntiationes illæ omitti possunt etiam inconsulto Episcopo. 3. Trid. c. 1. cit. inhærendo vestigijs Concilij Later. irritat Matrimonia clandestina, quæ olim Ecclesia detestabatur, nunquam autem detestata est Matrimonium clam contractum in casibus n. 104. positis.

Sed dicendum, ubi Decretum Concilij cit. viget, in nullo casuum relatorum, præter ultimum, de quo infra n. 118. vel licitè, vel validè contrahi posse sine Parocho, & testibus. Ita Sanch. l. 3. de Matr. D. 17. n. 4. & plurimi alij ab hoc *cit.* Ratio est, quia Trid. requirens præsentiam Parochi, & testium addit Decretum annullans Matrimonium aliter initum, cons. constituit formam Matrimonij substantialem. igitur in nullo eventu, absque ea solennitate initum, erit validum; quia ut n. 103. dixi. res sine forma sua non potest subsistere Conf. 1. Decretum Trid. *cit.*, contrahentes omnino reddunt inhabiles ad contrahendum sine Parocho, & testibus. atqui inhabilitatem materiæ Sacramenti nullus necessitatis casus supplere potest, ut patet in alijs Sacramentis; neque enim ob defectum aquæ naturalis licet baptizare in vino, aut defectum vini celebrari potest in aqua. ergo &c. Conf. 2. sicut impedimentum clandestinitatis inductum est præcepto Ecclesiæ, ita etiam impedimentum Consanguinitatis in multis gradibus. atqui hoc non obstante, in nulla necessitate, absque dispensatione, possunt Consanguinei matrimonio copulari, eò quod Jure Ecclesiæ ad contrahendum inter se inhabiles redditi sint. ergo &c

Neque contrarium probant Argumenta opposita. Ad 1. Lex merè præceptiva, & inducens solennitatem merè ex-

trin-

trinfecam, recipere aliquando interpretationem ex Epikia potest, non autem, quæ ponit substantialem solennitatem, & aliter contrahens facit inhabiles, prout facit in casu nostro Tridentinum.

*Ad 2.* Denuntiationes solum pertinent ad solennitatem Matrimoniorum extrinfecam, & ideo dispar istarum est ratio. *Ad 3.* Tridentinum hoc suo Decreto irritat omnia Matrimonia, quæ quoad modum contrahendi olim fuit detestata Ecclesia, licet illa aliquando ratione urgentis necessitatis essent licita; cujus licentiæ causa fuit, quia tunc prohibitio Matrimonij clandestini erat per modum simplicis, & nudi præcepti, ac proinde gravis necessitas excusabat; nunc autem præceptum Trid. irritans formam substantialem, ut sæpius dixi, ponit, conf. necessitas non excusat ab ejus observatione.

**108** Queritur 5. utrum si incolæ locorum, in quibus Trid. receptum est confluent in locum, ubi illud non obligat, possint, juxta illius loci consuetudinem absque Parocho, & testibus validè contrahere Matrimonium? Satis convenit inter DD. 1. quòd validum sit Matrimonium clam contractum tali loco, si unus saltem Sponsorum domicilium, vel quasi domicilium habeat in illo loco, tunc enim etiam alter Sponsor privilegio sui confortis gaudet Engl *hic n. 20. concl. 1. § 2. Wiest. n. 36. Reiffenstuel. n. 121.*

**109** 2. Non minùs certum est, quòd similiter is, qui ex loco, ubi Trid. receptum est, se transfert in locum, ubi illud receptum non est, animo figendi ibidem domicilium, validè illud contrahat, etsi sine Parocho, & testibus contrahat; quia in talem locum ita se conferens incolæ, & Parochianus loci illius fit, adeoque non adstringitur amplius Legibus prioris domicilij Sanch, *l. 3. de Matr. D. 18. n. 27. Zoes. hic n. 23. Schamb. n. 9. Engl n. 20. concl. 3.* Et hoc verum est, quacunque intentione id faciat; quia intentio mala, aut bona actum aliquem quidem licitum, vel illicitum, non autem invalidum potest reddere, si in substantialibus defectum non patiatur. König *hic n. 27. §. tertio. Reiffenstuel ibid. n. 128.*

**110** 3. Pariter conveniunt DD. eum, qui causâ negotiorum, commercij, vel alio quovis fine, præterquam ex sola intentione clam ibi contrahendi, se transfert in locum, ubi Tridentinum promulgatum, vel receptum non est, validè contrahere, etiam si contractui illi nec Parochum, nec testes adhibeat. Ledesin. *de Matr. q. 45. art. 5. p. 3. dub. fin. concl. 3. Sanch. D. 18. cit. n. 28. Pont. l. 5. de Matr. c. 9. n. 2. Bosco D. 11. de Matr. sect. 9. concl. 6. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 29. Zoes. n. 22. hic Engl concl. 3. cit. Reiffenstuel n. 123.* Ratio est quia peregrini non adstringuntur Legibus suæ patriæ, quando extra eam versantur *c. ut animarum 2. de Constit. in 6. & præsertim quoad Con-*

tractus, cujusmodi est Matrimonium, cum in his subjiciantur Legibus, & fortiantur forum locorum, in quibus versantur *c. fin. de for. compet. & l. si fundus 6. ff. de Eviction. Neque obstat, quòd Trid. inhabilitaverit personas ad contrahendum sine præscripta solennitate; inhabilitatio autem personæ comitetur ipsam personam, sicut umbra corpus. Nam hoc procedit duntaxat, quando persona est inhabilitata absolute, & simpliciter, atque in individuo per sententiam Judicis; secus si inhabilitatio sit generalis ex Lege; tunc enim sequitur naturam Legis, conf. ubi Lex non obligat, ibi etiam non obligat inhabilitas, & annullatio actus, Sanch. *l. cit. n. 30. Barbof. de Offic. Episcop. alleg. 32. n. 153. Pont. Engl l. cit.**

*Controversia solum est de eo, qui fertur in talem locum præcisè animo Matrimonium aliter, quàm Sacra Synodus exposcit, contrahendi? Valere etiam hoc casu Matrimonium clam contractum existimat Sanch, l. 3. D. 18. n. 28. § 29. Conink D. 27. de Sacram. n. 14. Pont. l. 5. c. 9. n. 2. § 4. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 8. n. 4. Averfa de Matr. q. 6. sect. 2. Zoes. hic n. 23. Pirh. n. 11. Schambog. n. 9. quod intendunt evincere. 1. Ratione n. præc. allata; quia videlicet existens extra patriam suam non amplius obligatur Legibus suæ patriæ. 2. paritate cum cæteris contractibus; nam in alijs contractibus (nisi lex aliqua particularis obstat) potest quis proficisci ex loco domicilij sui ad alium locum cum intentione ineundi ibidem contractum v. g. venditionis juxta formam ibi requisitam, cur non etiam possit quis se conferre aliò ex intentione contrahendi Matrimonium juxta formam, in eo loco ad valorem illius requisitam? 3. si esset aliqua ratio, cur privilegio isto gaudere non posset hac intentione discedens, esset, quòd videatur fraudem facere Legi. atqui fraudem nullam committit, quippe qui utitur Jure suo. ergo &c. 4. intentio mala secundum dicta n. 109. licet aliquando faciat actum illicitum, non tamen statim invalidum, ut si quis Parochum corrumpt, ut se sine Denuntiationibus in fraudem Sponsæ prioris copulet, si Filiusfamilias, aut Clericus bona inter vivos alienent, eò quòd de his testari nequeant &c.*

Sed his non obstantibus; dicendum, 110 eum, qui præcisè animo clam contrahendi se in talem locum transfert, invalidè contrahere. Ita contra *citt. DD. Petr. de Ledesin. de Matr. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. ult. concl. 1. § 3. Henriq. l. 11. de Matr. c. 3. n. 8. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 153. Boscius de contract. Matr. c. 1. §. 29. Bosco D. 11. sect. 9. concl. 6. Zypæus l. 4. consult. 6. fin. Card. de Lugo respons. mor. l. 1. dub. 36. Gobat. Exper. tr. 9. n. 481. Illung tr. 6. D. 9. n. 118. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2.*

§. 4. n. 29. Engl. hic n. 20. §. nihilominus. König n. 27. §. tertio prop. fin. Wiestner n. 39. & ita declaratum est à S. Cong. Cardd. approbante Urbano VIII. 14. Aug. 1627. edito Breui Apostolico ad instantiam Archiepiscopi Colonienfis, ut adeo Declaratio ista jam vim Legis Ecclesie universalis habeat, teste Gobat. l. cit. Aliud dicendum de Vagis; nam hi, etsi sola intentione, ut clam ibi contrahant, in talem locum se conferant, validè contrahunt, modò verè vagi sint, & priùs domicilium reuera, & seriò dimiserint; nam hos Declaratio Cardd. & Breue Apostolicum cit. non afficit, utpote quod loquitur de retinentibus domicilium, Reiffenstuel hic n. 129.

13 Argumenta in contrarium allata non multum urgent. Ad 1. negatur paritas cum casu posito n. 110. nam Matrimonio ita contracto obest modò allegata Lex Ecclesie; nulla verò Lex Ecclesie obest Matrimonio clam in tali loco contracto ab eo, qui negotiorum causà eò se transfudit. Ad 2. bene additur, nisi Lex aliqua obset; obstat autem aliqua in casu nostro, ut modò dictum est. Ad 3. ejusmodi Matrimonium est invalidum, non tam ob fraudem, quam ob Declarationem sic approbatam à Pontifice nolente ita eludi Decretum Tridentini. Ad 4. id verum est, si nihil mutetur in substantialibus à Lege requisitis.

14 Quaritur 6. quomodo contrahere Matrimonia possint, & debeant Christiani apud Infideles, & Catholici commorantes inter Hæreticos? R. de his notanda sunt sequentia.

1. Christiani captivi, vel negotiorum, aut commercij causà degentes apud Turcas, vel alios Infideles, in illis terris validè Matrimonium contrahere possunt; non seruatà formà Tridentini, adeoque clandestinè. Sanch. l. 3. de Matr. D. 18. n. 35. Conink D. 27. de Sacram. n. 13. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 154. Zoef. hic n. 27. Pirh. n. 12. Schambog. n. 10. König n. 27. §. secundo Wiestner n. 38. Reiffenstuel n. 137. quia Decretum hoc Tridentini non obligat, nisi in loco, & Parochia, in qua fuerat promulgatum, quæ conditio in talibus locis deficit. Estque perinde, siue ibi contrahentes sint permanentes, siue per modum transitis.

15 2. In Civitatibus, & locis Germaniæ, in quibus Catholici Hæreticis permixti degunt, & Decretum Tridentini non est promulgatum, v. g. in Saxonia, validè contrahunt Catholici matrimonium sine Parocho, & testibus ex ratione allata n. præc. Secus, si in tali loco promulgatum sit Trid. ut in Hollandia, & ceteris Provincijs fœderatis; nam ista Religionem Catholicam primùm deseruerunt, postquam jussu Philippi II. Hispaniarum Regis per Margaritam Austriacam Belgij Gubernatricem Tridentinum ibi est promulgatum, A. P. Schmalzgrueber L. IV.

teste Brun. Neuffer D. 182. q. 2. n. 4. Wex. Ariada. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 25. Vinc. Petr. tom. 4. comment. fol. 78. n. 23. Idem dicendum est de Matrimonijs Catholicorum Augustæ, Ratisbonæ &c. contractis. Reiffenstuel hic n. 139. Quod procedit saltem, si in talibus locis, ubi Trid. olim est promulgatum, Sacerdos Catholicus haberi possit; nam eo casu debet hic adhiberi, aliàs matrimonium contractum erit invalidum. Estque hoc verum, etsi unus contrahentium sit Hæreticus, adhuc enim contrahi debet coram Sacerdote Catholico, neque valet contractum coram Ministro Hæretico, ut declaravit S. Congr. in Ruremondens. Matr. 2. Maij. 1676. in Gedanens. Matr. 18. Sept. 1677. & in unâ Venetiarum 1. Decemb. 1696. ubi S. Congr. nullum declaravit Matrimonium Amstelodami à Catholicis coram Ministro Hæretico initum, teste Petra l. cit. fol. 70. n. 26. & Monacell. p. 1. tit. 3. form. 10. n. 15. Dixi, si haberi Sacerdos, seu Parochus Catholicus possit; nam,

3. Si nullus adsit Sacerdos Catholicus, vel ignoretur, aut non sit tutus ad illum accessus, Catholici in loco Hæretico, ubi olim Trid. promulgatum est, validè coram Prædicante, vel etiam sine illo contrahere Matrimonium possunt, adhibitis tamen duobus, vel tribus testibus; nam hoc requirit S. Congr. in unâ Belgij 27. Mart. 1632. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 7. Tann. D. 8. cit. q. 3. dub. 6. n. 122. Marchant. Tribun. tom. 3. p. 2. tr. 1. tit. 7. q. 10. concl. 5. Herinx D. 5. q. 11. n. 10. Dian. p. 11. tr. 6. ref. 1. Arsdekin de Matr. c. 8. §. 4. Sporer p. 1. c. 1. sect. 1. n. 34. Bosco D. 11. sect. 9. concl. 5. Illung tr. 6. D. 9. n. 111. Wex Ariada. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 27. §. secundo Petra tom. 4. fol. 78. n. 25. & fol. 80. n. 30. Zypæus Anaf. h. tit. n. 16. Pirh. ibid. n. 12. Schamb. n. 10. König n. 27. §. secundo. Reiffenstuel n. 132. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 158. Ratio est, quia in his locis, ac tali rerum statu Decretum Concilij Trid. seruari non potest, vel saltem difficulter potest, ut adeo Pontifex meritò censeatur tacitè dispensasse hoc casu ad matrimonia sine verò Pastore contrahenda, quippe qui seit ejusmodi matrimonia in talibus locis contrahi à Catholicis, & non contradicit, neque irrita illa declarat. Accedit, quia meritò præsumi de mente Trid. potest, quòd ad hujusmodi Matrimonia Claudefiua Decretum suum extendi non voluerit, ne multa gravia incommoda inde oriatur: imò quòd hoc casu obligare non voluerit, patet ex Declaratione Cardd. allegata.

Dixi, validè ejusmodi Matrimonia contrahi coram Prædicante; non quòd is auctoritatem aliquam ad approbandum Matrimonium, ante se contractum, habeat (nam omni Jurisdictione spirituali caret) sed quia tali casu etiam sine ullo Sacerdote contrahi



potest. Interim tamen certum est sic contrahentem graviter peccare; quia contrahendo coram ejusmodi Prædicante, quasi factio ipso agnoscit eum tanquam suum Pastorem, & conf. sectam, quam ille prædicat, tanquam veram.

**¶ 18** Quæritur 7. an casu, quo Matrimonium, in facie Ecclesiæ quidem contractum, sed invalidum ob occultum impedimentum dirimens, repetitur, impedimento sublato, iteratâ Parochi, & testium præsentia opus sit? Satis convenit inter DD. hujus præsentis iterationem exigi casu, quo defectus, vel impedimentum publicum, & notorium est, aut plenè e. g. per duos testes legitimos probari potest: & ratio est, quia ex mente Tridentini Matrimonium ita contrahi debet, ut Ecclesiæ constet illud esse firmiter contractum, & insolubile. atqui si contractum est in facie Ecclesiæ quidem, sed cum defectu, vel impedimento dirimente notorio, etsi deinde eo sublato, clam renovetur consensus, non constat Ecclesiæ de Matrimonij illius firmitate; nam ejusmodi Matrimonium ad unius etiam petitionem dissolvi potest, & testes prius adhibiti non essent testes valoris; sed nullitatis Matrimonij, ergo ut ritè contrahatur per renovationem consensus, iterum requiritur præsentia Parochi, & testium. Henric. l. 11. de Matr. c. 3. n. 6. § 7. Sanch. l. 2. de Matr. D. 37. n. 10. § 11. Zoel. hic n. 17. König *ibid.*, n. 27. §. quarto.

**¶ 19** Controversia solum est de casu, quo defectus, vel impedimentum omnino occultum, ejusque probandi periculum nullum est. Hoc etiam casu ad renovationem consensus necessariam esse præsentiam Parochi, & testium, volunt Gutier *qq. Canon. l. 1. c. 28. à n. 7.* Barth. à Ledesim. D. 17. de Matr. fol. 1275. § seq. Comitol. *respons. mor. l. 1. qq. 120. n. 3.* Pont. l. 5. c. 6. n. 6. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 157. v. verum. Moventur 1. quia Clemens VIII, ut ipsi narrant, dispensavit, ut ejusmodi Matrimonium Parocho, & testibus non præsentibus, renovari posset. igitur seclusa dispensatione, opus erat in præsentia Parochi, & testium iterari consensus; aliàs enim dispensatio fuisset frustranea, quippe quæ solum datur ad rem, vel actum aliàs sine dispensatione illicitum, vel invalidum. 2. idem colligitur ex Diplomate Bullæ Cruciatæ, ubi hujus Commissario datur facultas dispensandi, ut hujusmodi matrimonia denuo sine Parocho, & testibus contrahantur, non opus est autem dispensatione ad id, quod etiam sine dispensatione licitè, & validè fieri potest. 3. accedit ratio; quia prius matrimonium fuit nullum, ergo posterius celebrandum est, acsi nunquam antea fuisset initum: si autem nunquam antea fuisset initum, celebrari deberet coram Parocho, & testibus, ergo &c. 4.

Parochi, & testium præsentia pertinet ad formam substantialem Contractus matrimonialis ita, ut sine illa actus valere non possit, atqui quando sublato impedimento, renovatur consensus, verè contrahitur matrimonium. igitur nisi tum adsint etiam Parochus, & testes, renovatio hæc matrimonij nulla est. 5. solennitas illa Parochi, & testium adhibita est ad legitimandum consensus prioris matrimonij tunc expressum, non autem postea exprimendum, igitur cum prior consensus ob impedimentum eâ præsentia legitimari non potuerit, debet legitimari posterior, denuo adhibitis Parocho, & testibus. 6. Lex, propter bonum commune lata, non cessat, etiamsi finis illius cesset in casu aliquo particulari, maxime quando aliquid exigit tanquam formam actus, atqui Lex Trid. lata est propter bonum commune; & fundatur in periculo universalis. igitur quamdiu hoc manet, etiamsi finis ejusdem in aliquo casu particulari cesset, servanda est.

Sed dicendum, etsi ad tollendos scrupulos omnino consultum sit, ut quando id fieri sine incommodo potest, adhibeantur etiam Parochus, & testes, ijque intersint renovacioni consensus, ad Matrimonij tamen valorem iteratam illam præsentiam necessariam non esse, sed sufficere, si putantij conjuges, sublato impedimento, occultè renovent mutuum consensus sive verbis, sive affectu conjugali habendo copulam, sive alio quovis signo erga se invicem eum exprimendo. Ita Navar. *Man. c. 22. n. 70.* Sanch. l. 2. de Matr. D. 37. n. 3. Conink D. 27. de Sacr. n. 11. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 14. n. 4. Pal. tr. 22. D. 3. p. 7. § 3. n. 2. Gonzal. in c. 21. de Sponsal. n. 5. Henric. Mayr de Sponsal. n. 69. Gobat tr. 10. n. 415. Sporer de Matr. n. 271. Sannig de despons. impub. c. 1. n. 12. Illung. tr. 6. D. 9. n. 119. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2. contr. per totam. Vallens. hic n. 10. § dixi. Zoel. n. 17. Pirhing. n. 8. König n. 27. §. quarto. Wiestner n. 35. & declaratum est à S. Pio V. eaque declaratione S. Penitentiarie Prætorium uti consuevit, teste Navar. l. cit.

**¶** Ostenditur ex mente Tridentini, ex hujus enim mente irritatur solum illud Matrimonium clandestinum, ex quo, quia quod initum esset, probari non poterat, oriebantur incommoda, propter quæ Ecclesia Matrimonia clandestina semper est detestata, atqui istud Matrimonium, de quo agimus, non est tale; cum enim in facie Ecclesiæ sit contractum primitus, quamvis nulliter ob impedimentum occultum, jam probari potest contractum esse, & conf. incommoda illa, quæ Matrimonia clandestina secum trahunt, ex illo non oriuntur, ergo mente Trid. non est clandestinum, nec irritum, ac proinde sufficit clam renovari consensus,

*Proceditque* hoc etiam casu, quo impedimentum illud ad forum contentiosum externum delatum est, & quia in eo non fuit probatum, sententia pronuntiata est pro Matrimonio; nam cum valor talis Matrimonij constet Ecclesie, convalescere poterit novo consensu occulto, inter conjuges posito. Henriq. l. 11. de Matr. c. 3. n. 6. Sanch. l. cit. n. 12.

Neque contrarium probant Argumenta adversæ sententiæ. *Ad 1.* Clemens VIII. dispensavit, ut Matrimonium renovari clam possit, quia impedimentum, ob quod invalidè contractum erat, occultum quidem, sed probationi obnoxium fuit; vel si hoc non velis dicere, dic dispensationem illam factam esse ad majorem securitatem, & tranquillitatem conscientie: quod novum non est; quia sæpe conceduntur ejusmodi dispensationes, privilegia, & facultates ob dictum finem, & ad omnem dubitationem tollendam. *Ad 2.* eadem est responsio. *Ad 3.* Matrimonium prius non fuit omnino nullum; fuit enim validum quoad præsumptionem Ecclesie ignorantis impedimentum, in cujus facie contractum est: & ita judicandum de illo non est, ac si omnino contractum non fuisset, quoad repetendam præsentiam Parochi, & testium, sed tantum quoad necessitatem renovandi consensum. *Ad 4.* Parochi, & testium præsentia tantum pertinet ad formam Matrimonij, quod tanquam clandestinum Ecclesia ante Trid. est detestata; tale autem non est Matrimonium, de quo hic agimus, *Ad 5.* solennitas Parochi & testium per se quidem solum legitimat consensum tunc præstitum; per accidens autem legitimat etiam consensum postea occultè præstandum; quia ex suppositione illius solennitatis præcedentis sequens Matrimonium clam ratificatum non manet omnino occultum quoad forum Ecclesie. *Ad 6.* in hoc casu ratio Legis ita cessat, ut nullo modo casus iste ceneri possit comprehensus in Lege Trid. cum absit periculum etiam generale quod resiliire volens nunquam sit audiendus, sed quando ratio Legis nullo modo unquam se extendit ad casum aliquem, in illo casu Lex non obligat, ut ex terminorum apprehensione notum est. Wex l. cit. n. 7.

*123* Queritur 8. an Matrimonium clam celebratum vim habeat Sponsalium? Satis convenit inter DD. vim Sponsalium habere, quando Matrimonium ita contractum est inter duos impuberes, vel unum impubere, alterum puberem. Ita Navar. *Matr. c. 22. n. 57.* Garc. p. 11. de Benef. c. 8. n. 23. Sanch. l. 1. de Matr. D. 21 n. 5. Gutier. de Matr. c. 2. n. 16. *¶ nec prædicta.* Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 18. Fagnan. in c. de illis 9. de despons. impub. n. 48. *¶ 40.* Gonzal. in c. fin. eod. n. 4. Wagnerek in c. un. dicit. tit. not. 2. Passerin. *ibid.* n. 17. Vallens.

*hic n. 5. fin. Zoesl. n. 7.* & dictum est tit. *prec. n. 63.* Ratio est, quia antiquo Jure Matrimonia impuberum clam contracta vim Sponsalium habebant c. un. cit. *¶ idem quoque,* quæ vis ipsis à Trid. adempta non est. Accedit, quia per Trid. ea solum Matrimonia sunt irritata, quæ antiquo Jure censebantur verè talia esse. atqui antiquo Jure non censebantur verè Matrimonia esse, quæ inter duos impuberes, vel unum impubere, alterum puberem contrahebantur. ergo hæc correctoria Trid. dispositione non afficiuntur.

*Major controversia est de casu,* quorundam duo puberes clam Matrimonium contraxerunt; nam etiam huic Sponsalium vim competere, volunt Henriq. l. 11. de Matr. c. 5. n. 4. Barth. à Ledesm. de Matr. dub. 18. fol. 1284. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 1. n. 18. Conink D. 21. dub. 4. concl. 2. & alij, quorum opinionem Sanch. l. 1. de Matr. D. 20. n. 8. probabilem, Pal. tr. 28. D. 1. p. 4. n. 8. de rigore Juris probabiliorum, Perez D. 8. sect. 4. n. 3. *¶ 5.* etiam veriorum pronuntiant. *Rationem* desumunt ex paritate cum impuberibus, quorum Matrimonium, licet irritum sit, quia tamen præsumuntur velle actum valere meliori modo, quo potest, vim Sponsalium habet. atqui talis voluntas etiam præsumi potest de puberibus, clam contrahentibus Matrimonium, ergo & ipsorum matrimonia clandestina habebunt vim Sponsalium.

Tenenda tamen est sententia negativa, quam etiam defendunt Sanchez l. cit. n. 3. Gutier. de Juram. p. 1. c. 51. à n. 28. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. à n. 143. Fagnan. in c. de illis 9. de despons. impub. n. 52. Gonz. in c. fin. eod. n. 4. Wex *Ariadu.* p. 5. tr. 2. S. 4. n. 35. Vallens. *hic n. 5.* Zoesl. n. 6. König n. 28. Wiestner n. 31. & multi alij TT. & JCr: ipse Pal. l. cit. n. 8. *fin.* f. retur eam non solum communiorem, sed etiam, spectata praxi, veriorum esse; imò Barbof. n. 143. cit. pro tali eam habet etiam in puncto Juris. Accedit Declaratio Cardd. quæ ut refert Joan. Gallemart ad Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. qui aliàs, quam præsentem Parocho & Matrimonium contractum, respondit Episcopo Patavino, hujusmodi Matrimonium in Sponsalia de futuro non resolvit. *Ratio* potissima, & urgens est, quia Tridentinum non solum clam contrahentes ad sic contrahendum reddit inhabiles, sed insuper decernit hujusmodi actus absolute irritos, & nullos esse, atqui non essent absolute nulli, & irriti ejusmodi Contractus Matrimoniales clandestini, si haberent vim Sponsalium, & obligationem Matrimonij contrahendi parent, ut rectè Bonacin. de Matr. q. 2. p. 8. n. 48. ergo vi sui Contractus hujusmodi Matrimonia etiam Sponsalium vim non habent. *Proceditque* hoc, etsi adjectum sit

is Juramentum; cum enim contractus Matrimonij clandestinus advesetur bonis moribus, & bono publico, Juramentum illi adjectum nullum est per Reg. non est 58. in 6. Sanch. D. 20. cit. n. 4.

¶ 26 Addidi, *Vi sui contractus hujusmodi Matrimonia Sponsalium vim non habere*; nam triplicem vim, & effectum hujusmodi Matrimonia; dictis non obstantibus, habere possunt. 1. ex tali Matrimonio nascitur Impedimentum publicæ honestatis, ita, ut Titius sic contrahens cum Bertha, etiamsi copula carnalis non accesserit, contrahere Matrimonium nequeat cum consanguinea Berthæ; quia hoc impedimentum nascitur etiam ex Matrimonio invalido ex quacunque causa, præterquam ex defectu consensus, ut dictum est Tit. 1. n. 101. & quoad clandestinitatem declaravit S. Congr. teste Fagnan. in c. tua de despons. impub. n. 24. Gonzal. in c. 4. de Sponsal. n. 5. Pont. l. 7. c. 35. n. 5. 2. Si clandestinè contrahens copulam habuit, & damnum sic illatum aliter reparare nequeat, tenetur eam ducere, non ratione Contractus, sed ratione injulitiæ, & damni femine illati. Petr. de Ledesm. Man. Rodriq. Vega apud Sanch. l. cit. n. 5. 3. Si contrahentes in defectum Matrimonij expressè se ad Sponsalia obligare intendere, ex eo contractu nasceretur etiam obligatio Sponsalitia, ut cum Petr. de Ledesm. Medina, Vega volunt König hic n. 23. & Magnif. P. Schmier p. 2. de Sponsal. c. 5. n. 168. quia Contractui Sponsalio Tridentinum non resistit, tamen si sequatur, vel connexus sit cum Matrimonio nullo.

¶ 27 Ad Argumentum adversæ sententiæ negatur paritas; nam primò Matrimonium clam contractum à puberibus à Trid. omnino est irritatum. igitur à Matrimonio impuberum, de quo, ut dictum est, Trid. nihil disposuit, ad Matrimonium puberum dici argumentum non potest. Deinde, quòd Matrimonium Jure irritum vim Sponsalium habeat, hoc ei non à natura competit, sed ex præsumptione solum Juris Ecclesiastici, atqui ista præsumptio solum stat pro Matrimonio impuberum, s. idem quoque cit. non verò puberum clandestino. Denique axioma ibi adductum solum valet, quando defectus est ex parte solius causæ efficientis, non autem ex parte formæ, atqui in matrimonio impuberum defectus est ex parte causæ efficientis, quia scilicet nondum sunt habiles; in Matrimonio puberum clandestino autem ex parte formæ. ergo &c.

¶ 28 Queritur 9. an urgente magnæ necessitatis causa, præsentiam Parochi, aut testium per viam dispensationis remittere possit Episcopus? Ratio dubitandi est, quia, ut communis sententia habet, quando recursus non est ad Papam, & magna aliqua necessitas urget, in Lege Ecclesiasti-

ca, etiam conciliari, & per eam introducto impedimento occulto dispensare potest Episcopus. igitur simili necessitate urgente, etiam dispensare poterit in impedimento clandestinitatis. Conf. licet prohibitum sit omnibus Sacerdotibus, ne alicui subdito sine Parochi venia extremam Unctionem, aut S. Viaticum conferant, tamen quando alias aliquis deberet sine his mori, ex præsumpta Parochi venia licitè eam quivis Sacerdos confert.

Sed respondendum est negativè cum Navar. Man. c. 22. n. 72. Segura p. 2. Direct. Jud. c. 15. n. 44. Henric. l. 11. de Matr. c. 5. n. 5. Gutier. de Juram. p. 1. c. 51. n. 23. & de Matr. c. 61. n. 7. Sanch. l. 3. D. 17. n. 6. Conink D. 27. de Sacram. n. 13. Pont. l. 5. c. 6. n. 16. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 2. n. 9. Wiestner hic. n. 29. Ratio est, quia Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. Contractui Matrimoniali constituit formam cum apposita clausula, quæ aliter contractum Matrimonium irritat, & Sponsos ad sic contrahendum reddit omnino inhabiles; quæ dictio *Omnino*, ut notat P. Wiestner l. cit. excludit omnem dispensationem, & gratiam Prælati inferioris Papæ. Conf. quia memoratum Concilium c. 1. cit. duo decernit, unum, ut Matrimoniali Contractui præmittantur Denuntiationes; alterum, ut Contractus ejusdem fiat coram Parocho, & testibus: quoad Denuntiationes addit ab Episcopo in isdem dispensari posse, quod non permittit quoad præsentiam Parochi, & testium, imò hoc ipso præsumitur negasse; quia quod de duorum expressorum uno conceditur, non obscure intelligitur negatum de altero arg. c. nonne. 5. de Præsumpt. & l. cum Præter 12. pr. ff. de Judic.

Ex quo cadit Ratio dubitandi, & Confirmatio allata in oppositum.

Queritur 10. quæ sit poena contractuentium Matrimonium clandestinum ob absentiam Parochi, & testium? R. qui sine Parocho, vel ejus commissione alio Sacerdote, & testibus, vel coram illo quidem, non verò coram istis, aut vicissim coram istis, non verò coram Parocho, & quidem proprio matrimonium contrahere attentaverint; duplicem de Jure communi incurrunt poenam.

Prima est inhabilitas ad sic contrahendum; quam poenam nonnemo DD. apud Sanch. l. 3. de Matr. D. 46. n. 1. intelligebat, ut sic contrahentes incurrant perpetuam inhabilitatem ad contrahendum matrimonium, propter adverbium illud *omnino*, quod significat in perpetuum, exclusa omni gratia, & dispensatione. Sed minus bene, quia per Decretum illud solum redduntur inhabiles ad sic contrahendum, hæc clandestinè; unde si velint, possunt novo præsto consensu, & servatâ formâ Tridentini, etiam sine dispensatione contrahere de-

denuo Sanch. *D. 46. cit. n. 2. Gutier. c. 61. n. 2. Conink D. 27. n. 80. Pont. l. 5. c. 37. n. 13. Barbof. alleg. 32. n. 151. Pal. 17. 22. D. 2. p. 13. §. 14. n. 9. Vallens. hic n. 10. Pirhing n. 40. Wiestner n. 90.*

131 Altera est poena arbitraria; nam graviter puniendi sunt arbitrio Episcopi, sicut præcipit Trid. *c. 1. cit. v. insuper.* Porro etsi poena hæc arbitraria sit quoad quantitatem, & qualitatem, non tamen est arbitraria quoad substantiam; cum enim Sacra Synodus utatur verbis præceptivis, & præceptum hoc sit in re gravi, sequitur graviter peccare Ordinarium, qui pro delicti istius qualitate poenam debitam omittit infligere, ut notant Sanch. *l. cit. n. 6. Perez D. 42. de matr. sect. 1. n. 3. Wiestner hic n. 9.*

His poenis Jure speciali quarundam Diocesum decreta est in sic contrahentes Excommunicatio lata sententiæ, & ipso Matrimonij clandestini contractu incurrenda. Contra quam poenam insurgunt nonnulli dicentes, multò consultius fore, eam Excommunicationem non fulminari; quia si Pontifices, & Concilia eâ opus esse judicarent, nihil esset utique. Sed immeritò propterea carpuntur Episcopi, cum adjuvent poenas Jure communi statutas, & quotidie crescente malitia hominum, poenas augeri expediat. Sanch. *l. cit. n. 9.*

132 Quæritur II. quam poenam incurrat Parochus assistens nuptijs, non adhibitis duobus, vel tribus testibus? *n.* etiam iste, & quicumque alius Sacerdos, ita assistens Matrimonio, *v. insuper cit.* jubetur puniri poenâ arbitraria ab Ordinario pro qualitate delicti. Quod etiam dicendum de testibus, qui assistunt Matrimonio ab Ecclesia interdicto, ei auctoritatem præstando. Sanch. *l. 3. D. 46. n. 2. Pirh. hic n. 40. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 3. n. 170.*

An verò talis Parochus, vel Sacerdos assistens Matrimonio sine duobus, vel tribus testibus incurrat suspensionem triennem ab Officio ferendæ sententiæ, qualem secundum dicta *n. 86.* incurrit, si assistat matrimonio, temere omissis Denuntiationibus, controversum est inter DD. Affirmant Salzedo *præc. c. 93. §. octavo*, Veracrux *append. ad Specul. dub. 11. fin. Majol. l. 3. de Irregul. c. 25. n. 17. Vega l. 6. summ. cas. 112.* & nonnulli alij, id desumentes ex *c. fin. §. ult. b. tit.* cui Synodus Trid. non derogat, sed vestigijs Concil. Later. ex quo textus ille desumptus est, se profiteretur insistere.

Melius tamen negatur, quòd suspensio hæc triennis tangat Parochum, vel Sacerdotem, si præmissis Denuntiationibus, assistat matrimonio sine testibus. Ita Sanch. *l. 3. de Matr. D. 48. n. 4. Perez D. 42. sect. 4. n. 3. Pont. l. 5. c. 37. n. 12. Pal. 17. 28. D. 2. p. 13. §. 14. n. 13. Pirhing hic n. 42. not. 2. Wiestner ibid. n. 92. Reiffenstuel n. 115. fin. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 172.* Ratio est, quia memorata poena suspensionis triennis, à Concil. Later. decreta, tantum spectat Parochum assistentem matrimonio clandestino ob temere omissas Denuntiationes, ut ex ejus textu liquet, & *l. cit.* observant Perez, Pontius, Wiestner. Deinde esto, etiam huius à Concil. Later. suspensionis poena fuisset imposita, hodie tamen cessaret per poenam arbitrariam impositam à Trid. quia ut *n. 4. cit.* observat Sanchez, quando minor poena imponitur nova Lege ob idem delictum, pro quo gravior imponebatur Lege antiqua, tunc cessat poena Legis antiquæ.

Dixi, si præmissis Denuntiationibus assistat; nam si in tali matrimonio etiam omitantur Denuntiationes, probabilius Parochus, vel Sacerdos assistens propterea etiam suspensionem triennem incurret.



## S U M M A R I U M.

134. Qualis Parochus debeat assistere matrimonio?  
 135. *Esc.* Quinam hic veniant nomine Parochi?  
 140. *Esc.* An casu, quo Sponsus, & Sponsa sunt ex diversis Parochijs, illorum matrimonio assistere debeat utriusque Parochus?  
 144. An matrimonium contrahi possit validè etiam coram Parocho originis tantùm?  
 145. Respondetur negativè.  
 146. Rationes dubitandi solvuntur.  
 147. 148. Quanti temporis habitatio in aliquo loco requiratur, ut coram ejus Parocho nuptia validè celebrentur?  
 149. An sufficiat habitatio quidem per tempus notabile, sed animo ad proprium Domicilium redeundi?  
 150. Defenditur Affirmativa.  
 151. Diiuntur Argumenta opposita.  
 152. An qui habet duplicem Parochiam habitationis, possit matrimonium inire validè coram utrolibet?  
 153. An coram alterutro indifferenter?  
 154. Tenetur pars affirmans.  
 155. Speciale circa Principes.  
 156. 157. Utrum Parochus Parochiani sui matrimonio possit assistere etiam intra fines alienæ Parochiæ?  
 158. An licitè istud faciat sine licentia Parochi territorij?  
 159. Respondetur ad opposita.  
 160. *Esc.* Qualis Parochus possit, & debeat assistere matrimonijs Vagorum.  
 165. *Esc.* Et quæ à Militibus contrahuntur?  
 169. *Esc.* An Parochus assistens matrimonijs subditorum suorum debeat esse Sacerdos?  
 173. *Esc.* An assistere validè possit Parochus Excommunicatus?  
 176. *Esc.* Vel is, cui administratio Sacramentorum generaliter, vel specialiter assistentia matrimonialis ab Episcopo est interdita?  
 180. An validum sit matrimonium, celebratum coram Parocho solùm existimato?  
 181. Præsertim si titulum coloratum non habeat?

134. **Q**uæritur 1. qualis Parochus debeat assistere matrimonio? *R.* debet esse Parochus proprius, ita quidem, ut coram Parocho non suo contractum invalidum sit. Ita Navar. *tit. pres. conf. 2. n. 1. edit. 1. Menoch. conf. 398. vol. 4. Segur. p. 2. Direct. Jud. c. 15. n. 46. Henric. l. 11. de Matr. c. 3. n. 2. Petr. de Ledesm. de Matr. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 3. concl. 1. Sanch. l. 3. de Matr. D. 19. n. 2. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 88. & 89. Sumitur ex Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. ubi ab initio S. Synodus requirit, ut Matrimonium à proprio Parocho prius ter publicè denuntietur: deinde subjicit, quòd si aliter, quàm præsentè Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia sit contractum, pro irritò habeatur. *Neque obstat*, quòd hoc secundo loco non addat, *præsentè proprio Parocho*; nam eundem Parochum requirit ad assistendum Matrimonio, quem requirit ad illud denuntiandum, cum Regulæ loco sit, quòd clausula non ita clara ex antecedentibus, & consequentibus intelligi debeat, ut notat Sanch. *l. cit. Conf.* nam ille Parochus ex mente Tridentini assistere Matrimonio debet, qui potest alij Sacerdoti dare licentiam Matrimonio assistendi, ut patet ex textu *cit.* atqui solus proprius Parochus est, qui licentiam hanc dare potest; alius enim Jurisdictionem non habet in contrahentes.*

135. **Q**uæritur 2. Quinam hic veniant no-

mine Parochi, ut Matrimonio possint assistere? *R.* Hoc nomine hic veniunt quicumque, qui Ecclesijs Parochialibus præsent, & earum administrationem actualem five ex institutione, five ex commissione habent: neque refert, an illam exercent immediatè, ut ipsi Curati talium Ecclesiarum, an verò mediatè, ut Episcopi, & qui Jurisdictionem quasi Episcopalem in territorium, in quo Parochiæ tales constitutæ sunt, habent. Atque hinc

1. Assistere Matrimonio possunt non tantùm Parochi propriè tales, sed etiam Rectores Ecclesiarum Parochialium, Plebani, & Vicarij tam perpetui, quàm temporales: non tamen Adjutores, vel Cooperatorum, ab his præsentibus pro libitu assumpti; nam hi ut assistere Matrimonijs possint, indigent committione Parochi, vel alterius, à quo assumpti sunt, & pro quo assistere Matrimonio debent: item nec ij, qui assumuntur ab ijs, qui potestatem delegatam assistendi Matrimonijs sine facultate subdelegandi habent, ut rectè advertit P. Wiestner *hic n. 41.*

2. Assistere Matrimonio Diecefano-<sup>137</sup>rum suorum potest Episcopus, & sede vacante Capitulum Cathedrale, quippe quod Episcopo suo succedit in omni Jurisdictione Ordinaria Episcopi: item utriusque Vicarius Generalis; quia & ipse est Ordinarius & in eodem Tribunali cum Episcopo Ordinariam Jurisdictionem exercet, Sanch. *l. 3. D. 28.*

D. 28. n. 18. Ubi verò Ecclesia Parochialis quoad Clerum, & populum exempta est à Jurisdictione Episcopi, assistere ibi Matrimonio potest Abbas, vel Prælati illius exemptus; quia est Ordinarius illius Ecclesie, & Jurisdictionem quasi Episcopalem habet. Henric. l. 11. de Matr. c. 3. n. 4. Petr. de Ledefm. de Matr. q. 45. art. 5. punct. 3. paulo ante dub. 4. concl. 3. Sanch. l. cit. n. 6.

138 3. Potest Archi-Episcopus in sua Diocesi, quin & in sua Provincia, sed in hac tum solum, quando actu eandem visitat, aut quando, nolente Suffraganeo aliquos coniungere, causa per appellationem ad eum devolvitur; nam extra hos casus nequit assistere Matrimonijs subditorum Suffraganei, cum non sit eorum Ordinarius, nisi in casibus expressis, & alijs singularibus c. pastoralis 11. pr. de Offic. Ordin.

4. Legatus Sedis Apostolicæ in Provincia, ad quam est destinatus; quia est Ordinarius in illa, ut expressè habetur c. legatos 2. de Offic. Legat. in 6. & hinc possunt omnia, quæ Episcopus in sua Diocesi potest. Igitur sicut Episcopus in sua Diocesi interesse potest Diocesanorum suorum Matrimonijs, ita & Legatus in sua Provincia.

139 5. S. R. E. Cardinales respectu subditorum Ecclesie sui quisque Tituli; quia in his Jurisdictionem quasi Episcopalem habent c. his que 11. de Major. & Obed. Azor. p. 1. l. 3. c. 45. q. 2. Sanch. l. 3. de Matr. D. 28. n. 7.

6. Summus Pontifex; nam hic tanquam Ordinarius Ordinariorum assistere potest Matrimonijs omnium fidelium.

Ratio generalis de his omnibus est; quia omnes isti cumulativam cum Parochis sibi subiectis potestatem habent: sicque ut Parochi ipsis subiecti, ita & ipsi assistere Matrimonijs subditorum suorum poterunt.

140 Quæritur 3. An casu, quo Sponsus, & Sponsa sunt ex diversis Parochijs, illorum Matrimonia assistere debeat utriusque Parochus? Videtur requiri proprium utriusque Parochum, ex Argumento, quo usi sumus n. 134. nam ille Parochus assistere Matrimonio debet, qui Matrimonium denuntiare debet, atqui secundum dicta n. 13. quando sponsi sunt ex diversis Parochijs, Matrimonium denuntiare debet ab utriusque Parochi, ergo &c. Conf. Ille Parochus assistere Matrimonio debet, qui Sacramenta ministrare contrahentibus potest. Atqui non uterque Parochus utriusque potest ministrare Sacramenta, præsertim Parochus Sponsæ respectu Sponsi, utpote qui non domicilium uxoris, sed potius hæc domicilium mariti sui sequitur, ergo &c.

141 Sed dicendum, sufficere, si Matrimonio assistat Parochus proprius alterutrius, Sponsi scilicet, vel Sponsæ, in cujus Paro-

chia nuptiæ celebrantur; & sic si in Parochia Sponsi contrahatur Matrimonium, sufficit, si assistat illi Parochus Sponsi, si in Parochia Sponsæ, Parochus Sponsæ. Ita Navar. Man. c. 25. in fin. Comitol. respons. mor. l. 1. q. 131. n. 2. Guier. de Matr. c. 62. n. 4. Sanchez l. 3. de Matr. D. 19. n. 4. Coninck D. 27. de Sacr. n. 19. Pont. l. 5. c. 16. n. 2. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 65. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 9. n. 1. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 3. Bosco de Matr. D. 11. sect. 9. concl. 13. n. 469. Zypæus l. 4. consult. 5. n. 13. Vallens. hic n. 7. Honor. n. 7. Engin. 12. Pirh. n. 13. Schambog. n. 11. König n. 8. §. 12. Wiestner n. 40. Reiffenstuel n. 55. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 91. & teste Sanchez, & Bosco l. cit. declaratum est à S. Congr.

Ratio est, quia quoad Contractum<sup>142</sup> Matrimoniale Parochus proprius unius est etiam Parochus proprius alterius contrahentis; cum enim Matrimonium sit unus Contractus, unumque & individuum Sacramentum, ita, ut ab uno sine altero iniri nequeat, conf. qui constitutus est ad matrimonialiter coniungendum unum conjugem, etiam constitutus est ad matrimonialiter coniungendum alterum per necessariam connexionem. Conf. Quia generaliter loquendo illi, cui ad actum aliquem potestas concessa est, concessa quoque censetur ea, sine quibus potestas illa explicari, & actus expediri non potest c. præterea 5. de Offic. deleg. & l. cum Jurisdictio 2. ff. de Jurisdict. omn. Jud. atqui ut conjungat Parochus matrimonialiter Titium Parochianum suum Cajæ, quæ est alienæ Parochiæ, necessarium est, ut conjungat vicissim Cajam Titio. Igitur dum concessum ipsi est coniungere matrimonialiter Titium Cajæ, etiam concessum eidem est, ut Cajam conjungat Titio.

Ad rationem dubitandi diversa est ratio<sup>143</sup> in Denuntiationibus; nam hæc instituuntur, ut acquiratur notitia, num Sponsus, vel Sponsa non laborent impedimento aliquo: quæ notitia non sufficienter acquireretur, si illæ fierent in una solum Parochia, cum ibi fortè alter Sponsorum ignotus sit. Ad Conf. Negatur paritas: nam in ordine ad perceptionem Sacramentorum Parochus Sponsæ non fit Parochus Sponsi, cum ibi vinculi conjugalis nexus per accidens sese habeat; at verò quantum ad Matrimonium Parochus unius fit Parochus utriusque, ratione connexionis, quod Matrimonium non nisi inter duos possit consistere.

Quæritur 4. An Matrimonio necessario<sup>144</sup> assistere debeat Parochus Domicilij, vel quasi Domicilij Sponsorum, an verò sufficiat, ut sit Parochus Originis tantum? Videtur sufficere, si sit Parochus originis, ex paritate cum Ordinibus; nam isti recipi possunt non minus ab Episcopo Originis, quam ab Episcopo Domicilij habitationis c.

U

citur

*cum nullus 9. de temp. ordinand. in 6.* igitur etiam coram Parocho Originis Matrimonia iniri poterunt. *Conf.* Quia domicilium Originis firmitus est quovis alio Domicilio, etiam habitationis; hoc enim amittitur, domicilium Originis autem, tanquam naturale, nunquam, sed cum ipso habitationis Domicilio retinetur *l. Senatores 11. C. de Senator.* igitur si coram Parocho Domicilij habitationis contrahi Matrimonium potest, etiam contrahi poterit coram Parocho Originis; *conf.* sicut quando quis duo domicilia habet, liberum ipsi est, coram cujus domicilij Parocho velit contrahere, ita etiam ipsi liberum erit, an velit contrahere coram Parocho Originis, an verò Domicilij habitationis.

445 Sed dicendum, coram solo Parocho domicilij habitationis validè contrahi Matrimonium, non verò etiam coram Parocho originis tantum. Ita Sanch. *l. 3. de matr. D. 23. n. 7.* Gutier. *de Matr. c. 62. n. 29.* Perez *D. 40. sect. 2. n. 1.* Gonzal. *in c. fin. b. tit. n. 8.* Bosco *de Matr. D. 11. sect. 9. concl. 11. n. 388.* Gobat. *Exper. tr. 9. n. 486.* Illung. *tr. 6. D. 9. n. 115.* Wiestner *hic n. 43.* Reiffenstuel *ibid. n. 55.* Magnif. P. Schmier *p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 92.* Ratio est 1, quia Tridentinum *sess. 24. c. 1. de reform. Matr. v. qui aliter*, exigit assistentiam Parochi proprii. Atqui Parochi proprii nomine in dubio venit solus Parochus domicilij habitationis, non verò originis, ut in *c. statutum 11. §. cum verò de Rescript. in 6.* notat Gloss. *V. unam dietam.* Franc. *ibid. n. 12.* Ancharan. *n. 4. §. querit.* Tiraquell. *de retract. linag. §. 9. gloss. 2. n. 21.* Et alij apud Sanch. *l. cit. ergo &c.* 2. Reliqua Sacramenta, præter Ordines, ministrantur à solo Superiore habitationis; nam hæc sola fidelem aliquem constituit Parochianum alicujus. Ergo etiam Matrimonio assistere debet solus Parochus habitationis. 3. Solus ille assistere validè Matrimonio conjugum potest, cui ab istis jus Parochiale debetur. Atqui Portio Canonica, quæ Jus Parochiale est, & ratione administrationis Sacramentorum solvitur, debetur non Originis, sed habitationis Parocho, ut in *c. cum quis 20. §. cum ab eo de Sepultur. in 6.* notat Domin. *not. 2. & Franc. ibid. n. 1. ergo &c.*

446 Neque obstat Ratio dubitandi allata; nam quando *c. nullus cit.* Originis Episcopus intelligitur nomine Superioris, non asseritur generaliter, sed in hoc casu, sive respectu Ordinationis tantum, non verò aliorum Sacramentorum. *Ad Conf.* ut Socin. *in c. fin. de for. comp. Menoch. l. 6. presump. 42. n. 5.* Gaill. *l. 2. obs. 36. n. 5.* Wiest. *hic 43. in fin.* monent, Domicilium originis solum retinetur quoad munera, & honores, non etiam quoad Jurisdictionem: atqui hinc cum assistentia Parochi in Matrimonijs fit aliquis quasi actus Jurisdictionis, vel po-

tiùs Jurisdictioni ipsius per se connexus, Parochus Originis tantum non habet potestatem assistendi Matrimonijs eorum, qui non simul domicilium, vel quasi domicilium in Parochia ejusdem habent.

447 Quæritur 5. Quanti temporis habitatio in aliquo loco requiratur, ut coram ejus Parocho nuptiæ validè celebrentur? Cum distinctione: Vel enim nuptias celebraturus in talem locum discessit animo figendi ibidem domicilium, & in eo stabiliter permanendi, vel animo ad proprium domicilium redeundi.

*Si primum*, quæcunque, etiam brevissima habitatio in hujusmodi loco sufficit; quia tali animo transiens, ipso facto, quo domicilium priori relicto, transit ad talem locum tali animo, domicilium ibi acquirit, & Parochianus ejusdem efficitur *arg. l. domicilium 20. ff. ad municipal. Gloss. ibid. V. factio. Sanch. l. 3. de Matr. D. 23. n. 14.* Gutier. *de Matr. c. 63. n. 13.* Conink *de Sacr. D. 27. dub. 2. n. 18.* Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 32. n. 64.* Wiest. *hic n. 44.* Reiffenstuel *ibid. n. 60.*

*Si secundum*, iterum videndum, quomodo fine ad locum ejusmodi transeat; nam si eò accessit solum recreationis causâ, ad paucos dies, & brevi rediturus, certum est habitationem illam, seu moram non sufficere, ut Matrimonium coram Parocho loci illius contrahere possit; quia talis habitatio non constituit aliquem Parochianum illius loci *arg. c. is qui 3. princ. de Sepultur. in 6.* Sanch. *D. 23. cit. n. 9.* Bonacin. *de Matr. q. 2. p. 8. n. 5. §. tertio.* Barbof. *alleg. cit. n. 66.* Wiestner *hic n. 44. fin.* Reiffenstuel *n. 61.* aliique adducti per Rotam *in Mutinens. Matrim. 27. Febr. 1637. coram Decano.* Idem dicendum, si quis se in villam, vel pagum transferat ruris colendi, aut fructuum colligendorum causâ; & ita teste Riccio *decis. 244.* à Rota sæpius declaratum fuisse dicit Bonacin. *l. cit.* addita ratione; quia non dicitur ibi propriè commorari, & habitare *per l. Prætor. ait. 1. §. habitare 9. ff. de his, qui effud.* Quare necessaria est habitatio aliqua diuturnior, vel saltem animus diutius manendi in tali loco.

*Dubium est*, an sufficiat habitatio quidem per tempus notabile, sed animo ad proprium domicilium redeundi, ut solent, qui studiorum causâ in Academijs versantur, aut in civitatibus, oppidis, pagis, &c. Famulatus, negotiationis, aut periculi ex bello, lue Epidemica &c. in stabili habitationis suæ domicilio grassante, immimentis causâ ad talem locum se recipiunt? Henriq. *l. 11. de Matr. c. 3. n. 3.* Rodriq. *tom. 1. Summ. edit. 2. c. 219. num. 6.* Segura *p. 2. Direct. Jud. c. 15. n. 48.* Petr. de Ledefm. *de Matr. q. 45. art. 5. punct. 3. post dub. 4. §. dico 3.* Et alij apud Sanch. *D. 23. cit. n. 11.* negant, quòd isti coram Parocho loci in

In quo temporaneam huiusmodi habitationem habent, Matrimonium validè inire possunt. *Ducuntur* 1. textu *c. is qui cit.* ubi Pontifex non tam mora tempus, quàm retentionem Domicilij, & animum ad hoc reuoluentem ponderat in ordine ad effectum, ut aliquis sit, vel maneat Parochianus alicujus loci, & jus sepulturæ habeat. Idem autem videtur dicendum in nostro casu. 2. Qui ad villam recreationis, aut ruris colendi causâ se transfert, non efficitur Parochianus villæ. Ab hoc autem non videtur differre is, qui ad locum aliquem se transfert studiorum, aut famularis gratiâ; nam in utroque casu concurrat habitatio in Parochia aliena, retento priori domicilio, ergo &c. 3. Si habitans in loco aliquo causâ negotij ibi expediendi efficeretur Parochianus illius loci, dicendum esset, quòd haberet duplicem Parochiam habitationis. Hoc autem manifestè videtur falsum esse; nam ad hoc requiritur, ut in utraque Parochia æqualiter habitetur, ergo &c.

Sed verus hi, qui ex ejusmodi causis versantur in aliquo loco, modò ibi versentur animo habitandi ibidem per majorem anni partem, coram Parocho illius loci Matrimonium validè inire possunt. Ita Sanch. l. 3. D. 23. n. 12. Gutier. c. 63. n. 13. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. S. 10. n. 9. Gonzal. in c. fin. b. tit. n. 8. Puhing hic. n. 19. in fin. Engl. n. 12. König n. 13. Wiestner n. 45. Reiffenstuel n. 61. Magnif. P. Schmier p. 3 de Sponsal. c. 5. n. 97. & teste Gonzal. l. cit. decium est à S. Congr. Card. Trid. Interpp. Ratio est, quia per ejusmodi habitationem acquirunt in eo loco quasi domicilium, ita, ut in eo valeant conveniri l. hares absens 19. S. proinde 2. fin. ff. de Judic. & l. sciens 2. C. ubi de crim. ag. oport. atqui quasi domicilium sufficit ad constituendum aliquem Parochianum loci c. fin. de Paroch. & Sacramenta, Ordine excepto, ibi percipienda, ut rectè advertunt Innoc. in c. omnis 12. de pœnit. & remiss. Ant. de Burrio ibid. n. 38. Joan. Andr. n. 13. An. haran. n. 9. ergo sufficet etiam ad contrahendum Matrimonium, quod etiam hodierna praxis demonstrat.

Neque contrarium probant Argumenta n. 149. allata. Ad 1. in c. is qui cit. sermo est de habitatione ex causâ recreationis. & culturæ ruris, quam habitationem supra n. 148. fassus sum non sufficere ad constituendum aliquem Parochianum alicujus loci. Ad 2. negatur paritas; quia habitatio recreationis, vel ruris colendi gratiâ non solet esse longioris temporis, ut adeò dispositio Juris ab hac ad casum habitationis producta per majorem, aut notabilem anni partem extendi non debeat. Ad 3. Respondet Sanch. l. cit. n. 19. pro eo tempore, quo studiosus aut famulus extra Domicilium suum degit studiorum, aut famularis causâ, illum non esse Parochianum Parochiæ Domicilij: vel si responsio ista displicet, dic in utrolibet loco posse contrahere Matrimonium; quia in uno Domicilio verum, in altero quasi domicilium habet. Quod additur, ad hoc, ut aliquis acquirat duplex Domicilium, requiri, ut æqualiter in utraque Parochia habitet, intelligendum est de duplici Domicilio vero.

Quæritur 6. An qui habet duplicem Parochiam habitationis, possit Matrimonium inire validè coram utrolibet? Satis convenit inter DD. posse inire Matrimonium coram Parocho utrolibet, si, & quamdiu in Parochia illius habitat. Ita plurimis alijs citat. Sanch. l. 3. D. 24. n. 2. & ratio est; quia utraque ipsius Parochia est, prout constat ex c. cum quis 2. de sepult. in 6. & ab utroque Parocho percipere Sacramenta potest, ut adeo nulla sit ratio, quare compellatur coram uno illorum contrahere: modò habitatio in utraque Parochia æqualis sit; hoc enim requirit c. cum quis cit. ibi, Cum ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans æqualiter in utroque: quod tamen intelligendum non Mathematicè, sed moraliter, ita, ut æquali, vel æquali ferè tempore in Parochia utraque habitet, ut si in hieme habitet in una, æstate in altera. Sanch. l. cit. n. 3.

Difficultas est, an possit hic indifferenter coram alterutro Parocho Matrimonium inire, vel Sacramenta percipere? Paludanus, Gabriel, Rosella, Angelus, Tabiena, & communis DD. apud Sanch. l. cit. n. 4. asserunt tantum posse Sacramenta administrare eum Parochum, cujus Parochiam tunc illa suscepturus inhabitat, ut hieme Parochum Parochiæ hiemalis, ubi tunc habitat, & contra æstate Parochum Parochiæ æstivalis.

Sed quamvis deceat, ut recipiat Sacramenta, & Matrimonium contrahat coram eo Parocho, cujus Parochiam tunc inhabitat, probabilius tamen est, indifferenter utrumque Parochum assistere Matrimonio illius, & ministrare ipsi Sacramenta posse. Ita Navar. can. placuit n. 78. de pœnit. dist. 6. Henr. l. 6. de pœnit. c. 7. n. 2. Sanch. l. cit. n. 5. Ratio est, quia talis eo tempore duplex domicilium habet. Ergo eodem tempore utriusque Parochi Parochianus manet: si autem Parochianus est utriusque, uterque ipsi ministrare Sacramenta, & assistere Matrimonio ejusdem potest. Conf. juxta c. cum quis cit. si is, qui duo domicilia habuit, sepulturam extra illa elegit in loco tertio, Portio Canonica inter utramque domicilij Parochiam dividi debet, nec tota cedit Parochiæ habitationis tempore mortis. Ergo signum est, quòd Jura Parochialia competant etiam alteri Parocho respectu illius, qui duplex domicilium habet, licet actu in



Parochia illius non habitat. Inter hæc Jura Parochialia autem est etiam potestas assistendi Matrimonio, ergo &c.

¶ 55 Circa Principes tamen speciale est, quòd licet censeantur Cives omnium urbium, & omnium pagorum sui Principatus, non tamen validè ducant conjugem in quovis ejusmodi loco, sed solum coram illo, qui est Parochus Palatii, in quo ordinariè resident. Card. de Lugo Respons. mor. l. 1. dub. 37. König hic n. 13.

¶ 56 Quæritur 7. Utrum Parochus Matrimonio Parochiani sui assistere possit intra fines suæ tantum Parochiæ, an etiam intra fines Parochiæ alienæ? Navar. tit. de Sponsal. conf. 52. edit. 1. & tit. de Despons. impub. conf. 4. § 14. n. 3. § seqq. edit. 2. Lud. Lopez p. 1. inst. c. 86. §. præterea. Pont. l. 5. de Matr. c. 6. n. 4. existimant id solum permissum esse Parocho intra fines suæ Parochiæ, & propterea dicunt, extra illam contractum coram eo Matrimonium esse irritum, ex ratione, quòd Parochi Jurisdictionis ultra suæ Ecclesiæ fines se non extendat, arg. c. fin. de Constit. in 6. Conf. quia si extra fines suæ Parochiæ assistere Matrimonio Parochianorum suorum posset, posset etiam extra illam Benedictionem impertiri Sponsis. Non potest autem ibi benedicere nuptias absque facultate Parochi illius loci, ergo &c.

¶ 57 Sed his non obstantibus, dicendum, quòd Parochus Matrimonij Parochianorum suorum assistere saltem validè possit extra Parochiam suam. Ita Hurtad. de Matr. D. 5. n. 22. Sanch. l. 3. D. 19. n. 11. § 14. Gutier. de Matr. c. 62. n. 5. Perez de Matr. D. 40. sect. 7. n. 7. Conink D. 27. de Sacram. n. 22. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 3. v. id porro. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 9. n. 3. Bosco de Matr. D. 11. sect. 9. concl. 13. à n. 482. Barbof. de Offic. Episc. alleg. n. 95. Zypaus l. 4. conf. 5. n. 2. Fagnan. in c. 2. h. tit. n. 33. Wex Ariad. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 31. Zoel. hic n. 16. Honor. n. 7. Engl. n. 14. Pirhing n. 22. § 23. Schambog. n. 11. König n. 12. Wiestner n. 47. Reiffentuel n. 57. § 63. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 129. Proceditque hoc non tantum, si contrahatur Matrimonium coram ipso in Parochia alterius Sponsi sibi non subditi, sed etiam, si in neutrius Parochia, vel etiam Diocesi. Ratio est, quia præsentiam Parochi proprii, sive Sponsi, sive Sponsæ, Sacra Synodus Tridentina exigit sine mentione loci, in quo Matrimonium initur. Conf. Quia Parochus proprius etiam extra Parochiam, vel Diocesim suam potest Parochianorum suorum Confessiones audire. Ergo & illorum Matrimonia assistere.

Dixi autem, Saltem validè; nam ¶ 58 utrum licitè sic assistat absque licentia Ordinarij, vel Parochi loci, dubium est. Affirmant Segura p. 2. Direct. Jud. c. 15. n. 49.

Sanch. l. 3. D. 19. n. 18. Gutier. c. 62. de Matr. n. 6. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 3. v. id porro. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 9. n. 5. Schambog. n. 11. hic, Reiffentuel ibid. n. 65. § seqq. saltem si scandalum cesset. Negant Henriq. l. 11. c. 3. n. 2. Rodriq. tom. 1. Summ. c. 219. n. 7. Conink D. 27. de Sacram. dub. 2. n. 19. Pont. l. 5. c. 16. n. 11. Barbof. alleg. 32. n. 97. Placet via media cum Pirhing hic n. 16. cum quo dico peccare illum, & propterea puniri posse, si solenniter, & publicè assistat Matrimonio in aliena Parochia, sine licentia Parochi illius loci; quia involat in alienum officium publicum in re gravi, quod confirmatur autoritate S. Pij V. & S. Congr. quâ teste Tann. D. 8. q. 3. dub. 6. n. 116. declaratum est, non licere alterius loci Parocho nuptijs assistere, quàm ubi istæ celebrantur, quod saltem de Benedictione nuptiarum certum est, ut explicat Illung tr. 6. 8. 9. n. 115.

Ad Argumentum adversariorum præsentia ista, seu assistentia non est actus Jurisdictionis contentiosa, sed vel Jurisdictionis voluntariæ tantum, quæ extra proprium territorium exerceri potest l. omnes 2. ff. de Offic. Proconf. vel potius testis qualificati, qui cum duobus, vel tribus alijs testibus de Matrimonio inito authenticum testimonium perhibere, & certam fidem Ecclesiæ possit facere, ut probè observat Perez de Matr. D. 40. sect. 2. n. 7. Neque obstat, quòd ad hanc assistentiam requiratur cognitio de statu, & conditione personarum contrahentium; nam præterquam, quòd cognitio illa ab assistentia separari, & antecedenter in Parochia propria fieri possit, cognitio illa non est propriè Jurisdictionalis, & publica, sed privata, nec Parochus statuere potest aliquid, sed Episcopo referre omnia debet. Ad Conf. nihil refert, quòd extra Parochiæ suæ fines Parochianorum suorum nuptias Parochus non possit benedicere; nam ut Pal. n. 5. cit. advertit, assistentia Parochi Benedictioni nuptiali necessariò conjuncta non est.

¶ 59 Quæritur 8. Qualis Parochus possit, & debeat assistere Matrimonio Vagorum, sive eorum, qui verum, aut quasi Domicilium nuptiam habent, sed hinc inde vagantur, vel Domicilio, quod habuerunt, deserto, aliud quærunt, aut ad certum locum animo ibi Domicilium constituendi proficiscuntur?

Certum est 1. Matrimonij istorum nullum Parochorum posse assistere licitè, nisi facta prius diligenti inquisitione de ipsorum statu, & habilitate ad contrahendum Matrimonium, & obtentâ Ordinarij Diocesani sui licentiâ eis assistendi, prout præcipit Trid. sess. 24. c. 7. de reform. Matr. propter periculum, ne uxoriibus, quas fortè alibi habent temerè relicti, in loco ubi modò sunt, aliam ducant, vel etiam plu:

plures, ea vivente. Quæ ratio etiam militat in Peregrinis, & alienigenis, qui alibi fixum domicilium habent, & contrahere volunt in loco, ubi ignoti sunt: quare cum his eadem observanda, quæ cum vagis, advertit Sanch. l. 3. de Matr. D. 25. n. 3. Zœl. hic n. 11. Pirhing ibid. n. 19. Hinc ad cautelam ab eisdem exigi solet Juramentum, quòd nullo impedimento Canonico laborent, nec alio Matrimonio ligati sint, Engl. hic n. 13. Schambog. n. 14. Reiffenstuel n. 14.

361 *Certum est 2.* Etsi Parochus hoc Decretum Concilij non observet, sed absque prævia cognitione de statu eorum Vagos, aut Forenies ignotos conjugat Matrimonio, quamvis graviter peccet (quia violat Tridentini præceptum in re gravissima, & valde necessaria) Matrimonium ipso Jure subsistere; quia Tridentinum diligentem inquisitionem, reique ad Ordinarium delationem præcipit sine clausula irritante actum. Atqui Matrimonia non intelliguntur irritata per simplicem prohibitionem, vel præceptum, nisi addatur clausula irritans, ut rectè cum alijs advertit Sanch. l. 3. D. 32. n. 2. Conf. Quia non aliter à Trid. petuntur Denuntiationes Matrimonij, quibus tamen omittis, valet Matrimonium, Ergo etiam valebit in hoc nostro casu. Ita Henriq. l. 11. de Matr. c. 3. n. 3. Sanch. D. 25. cit. n. 17. Gutier. c. 64. n. 14. S. c. 67. n. 2. Barbosa de Offic. Episc. alleg. 32. n. 74. Zypæus l. 4. conf. 7. n. 2. Zœl. n. 11. hic.

362 *Dubium est,* an Vagorum Matrimonij assistere tantum possit Parochus loci, in quo versantur, an verò quivis alius Parochus, quem ipsi elegerint? Secundum affirmat Sanch. D. 25. cit. n. 11. ex ratione, quòd proprius Vaganorum Parochus sit quilibet Parochus, quem ipsi elegerint. Atque hinc juxta istam doctrinam Vagus hic Ingolstadtij Matrimonium contrahere posset non solum coram Parocho Ingolstadtensi, sed etiam coram alio quocunque, si illum vocare velit huc Ingolstadtium. Hæc sententia teste Pirhing hic n. 13. & P. Wiestner ibid. n. 50. probabilis est.

363 Probabilius tamen est, eorum Matrimonij interesse debere eum Parochum, in cujus Parochia pro tempore, quo contrahunt, versantur, ut rectè Dicastill. de Matr. D. 3. dub. 15. n. 132. Conink D. 27. de Sac. dub. 2. n. 20. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 3. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 10. n. 11. Vallens. hic n. 12. Zœl. n. 11. Pirh. n. 19. Schambog. n. 14. Wiestner n. 50. Reiffenstuel n. 28. Ratio est, quia probabilius est, quòd vagi non à quolibet Parocho Sacramenta possint suscipere, sed solum à Parocho loci, in quo pro tempore versantur.

Ad rationem allatam à Sanchez dicendum, quòd vagorum Parochus proprius

fit quilibet Parochus tantum pro tempore, quo in ejus Parochia morantur. Igitur probabilius ab hoc solo conjungi possunt.

Non autem refert 1. an uterque Sponforum sit vagus, an alter dumtaxat; quia Parochus unus est etiam Parochus alterius in ordine ad Matrimonium, ob individuum Contractus Matrimonialis naturam. Sanch. l. cit. n. 14. Gutier. c. 65. n. 8. Reiffenstuel hic n. 89. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 104. & dictum est supra n. 142. *Procedit 2.* etsi à loci Episcopo Vagabundis proprius Confessor assignatus sit; quia per hoc non tollitur, quòd eorum adhuc Parochus sit is, qui loci Parochus est, in quo actu versantur. Sanchez l. cit. n. 12. *Procedit 3.* etiam de ijs, qui actu reliquerunt vetus domicilium, & transeunt ad locum, ubi domicilium novum constituere intendunt; antequam enim locum destinatum attingant, similes censentur Vagabundis; utpote domicilium actu non habentes per textum l. ejus qui 27. §. Celsus 2. ff. ad municipal.

*Quæritur 6.* Qualis Parochus assiste 165 re possit Matrimonij Militum? distinguendo: Vel enim isti proprium Curionem, sive Capellanum Castrensem habent, vel non habent. si hoc secundum, Vagis annumerantur; conf. in ordine ad Sacramenta percipienda, & contractum Matrimonij Parochus eorum proprius erit ipse loci Parochus, in quo pro tempore existunt, Less. in Audiar. V. Matrimonium n. 26. Gobat, Exper. tr. 9. n. 496. Reiffenstuel hic n. 94. *Proceditque* hoc non solum, quando in Expeditionibus, & Castris sub papilionibus degunt, sed etiam, quando sunt in hibernis, imò & in præsidij, modo his non stabiliter, aut per majorem anni partem addicti sint, sed à nutu Ducis, eos ad exercitum, expeditionem, vel aliud præsidium evocantis; pendeant. Observanda tamen circa istos erit cautela relata n. 160, ut prius de statu illorum à Parocho fiat diligens inquisitio, & non conjugantur, nisi licentiâ ad hoc impetratâ ab Ordinario; aliàs illicitè conjungentur. P. Wiestner hic n. 52.

*Si primum,* videndum est, an Curio, vel Sacellanus ille Castrensis pro Cura animarum, & administratione Sacramentorum à Sede Apostolica, vel ab Ordinario, in cujus Diocesi existunt, specialiter approbatus, & expositus sit, an verò non. si hoc posterius, hujusmodi Capellani Castrenses nec in Castris, nec in præsidij valide assistere Matrimonij possunt, prout sæpius decisum est à S. Congy. præsertim in Mediolan. Matrim. 11. Nov. 1677. in unâ Belgij Matrimoniorum 29. Maj. 1683. & novissime 29. Jan. 1707. ad interrogationem R.mi Ordinarij Frisingensis, cujus tenorem refert P. Reiffenstuel hic n. 96.

267 *Si prius*, poterit hic eisdem administrare Sacramenta, & Matrimonij illorum assistere juxta tenorem facultatis sibi concessæ à Sede Apostolica, vel ab Ordinario Diocesis, in qua pro tempore milites existunt, ita, ut si facultatem assistendi Matrimonij, & Sacramenta ministrandi ipsis habeat duntaxat, dum sunt in Castris, non possit ea facultate uti, dum Matrimonium contrahunt in hibernis, vel dum sunt in præsidij. Si verò facultas ipsi data sonet etiam pro præsidij, facultatem illam ejusmodi Curio habebit solum cumulativè cum Parocho loci, non privativè ad istum, ut respondit S. Congr. in *cit. Belgij*, & confirmavit edito Decreto Generali 6. Mart. 1694. apud Petram *tom. 2. comment. fol. 355. n. 16. & fol. seq. n. 18.*

268 Quod si talis Capellanus potestatem hanc accepit ab Episcopo, & Exercitum duci contigit in locum alterius Diocesis, ibi non amplius vi facultatis sibi concessæ poterit assistere Matrimonij, sed etiam de novo pro Diocesi, in qua defacto existit, petere debet ab Ordinario loci; quia licentia illa extra Diocesim concedentis se non extendit, Reiffenstuel *hic n. 99. § 101.* Durante bello proximè præterito, ut notat P. Wiestner *hic n. 52.* in Exercitiis Casareis Superior Castrensis à Legato Sedis Apostolicæ ad Sacram Casaream Majestatem commissam sibi habebat curam animarum, & administrationem omnium Sacramentorum, exceptis Confirmatione, & Ordine, cum amplissimis prerogativis, & facultate eas communicandi Legionum Curionibus, & Capellanis tam Secularibus, quàm Regularibus; & hinc isti, si eam facultatem sibi à superiore suo communicatam accepissent, ut alia Sacramenta administrare, ita etiam nuptijs militum suorum assistere, easque benedicere tam in Stativis, quàm in Expeditionibus, etiamsi ductus Exercitus in aliam Diocesim esset, indubitato poterant.

269 *Quæritur 10.* An Parochus assistens Matrimonij subditorum suorum debeat esse Sacerdos? Affirmant Navar. *conf. 1. de Offic. Ordin. edit. 1. & conf. 10. b. tit. edit. 2.* Rodriq. *tom. 5. Summ. c. 219. n. 7.* Petr. de Ledesim. *de Matr. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 11.* juxta quos invalidè, vel saltem illicitè assistit conjugijs, qui tantum Subdiaconus, vel Diaconus est, licet Parochus sit. Fundatur 1. textu Trid. *sess. 24. c. 1. de reform. Matr.* ibi, *Qui aliter, quàm præsentè Parocho, vel alio Sacerdote &c.* nam dictio *aliter*, cum sit relativa, & repetitiva similibus, personam similem in qualitate denotat secundum Tusch *practic. V. dictio concl. 245.* ergo sicut in eo, qui de Parocho, vel Ordinarj licentia Parochianorum non suorum Matrimonio assistit, Ordo Sacerdotalis à Trid. requiritur, ita requiretur etiam in

ipso Parocho; 2. antiquo Jure *can. abter 1. § seqq. caus. 30. q. 5.* in nuptijs adhiberi Sacerdos debuit. Atqui credendum non est, quòd Tridentinum ab illo Jure diverterit, præsertim cum nulla sit ratio Sacerdotium exigendi potius in alio Delegato, quàm in ipso Parocho delegante. 3. Ex præscripto Trid. *c. 1. cit.* assistens Matrimonio proferre debet verba, *Ego vos conjungo in nomine Patris &c.* quæ verba videntur competere soli Sacerdoti, cum sint quasi Benedictio.

Sed dicendum, quòd Parochus, 170 etsi Sacerdos non sit, assistere conjugijs validè, & licitè possit, quamvis alij, quàm Sacerdoti, assistendi licentiam dare nequeat. Ita Henriq. *l. 11. de Matr. c. 3. n. 5.* Sanch. *l. 3. de Matr. D. 20. n. 3.* Gutier. *c. 62. n. 16.* Connk *D. 27. de Sacr. n. 21.* Pont. *l. 5. c. 17. n. 1.* § 4. Barbol. *de Offic. Episc. all. g. 32. n. 105.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 4.* Pal. *tr. 28. D. 2. p. 13. §. 10 n. 2.* Bosco *de Matr. D. 11. sect. 9. concl. 8.* Gonzal. *inc. fin. b. tit. n. 8.* Illung. *tr. 6. D. 9. n. 116.* Wex *Ariadn. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 30.* Monacell. *p. 2. tit. 16. form. 2. n. 34.* Valens. *hic n. 9.* Zœf. *n. 13.* Pirh. *n. 17.* Schambog. *n. 11. fin.* König. *n. 16.* Wiestner. *n. 53.* Reiffenst. *n. 70.* Magnif. P. Scherpp. *3. de Sponsal. c. 5. n. 114.* & teste Monacell. *l. cit. S. Congr. Concil. in abulens 1593. l. 7. dec. fol. 193.* Ratio est 1. Quia Trid. assistentiam Parochi exigit, non tacta mentione Ordinis Sacerdotalis. Atqui etiam, qui Sacerdos non est, Parochus esse potest *c. licet 14. de Eccl. in 6.* ergo &c. 2. Parochus non Sacerdos exercere omnia potest, quæ à potestate Ordinis non dependent. Atqui assistentia Matrimonij non dependet, neque est actus Ordinis Sacerdotalis, ergo &c. 3. Assistentia Parochi præter duos, vel tres alios testes per Trid. tantum requiritur, ut ob dignitatem Parochialem tanto major fides eidem adhibeatur de Matrimonio inter Sponfos contracto. Atqui hæc dignitas non deficit in Parocho non Sacerdote, ergo &c.

Addidi, quòd Parochus licentiam assistendi Matrimonio nulli alteri, nisi Sacerdoti communicare possit: cujus ratio est, quia Tridentinum *l. cit.* dicit, *vel alio Sacerdote*: quo nomine intelligitur verus Sacerdos; verba autem secundum communem acceptionem, & usum verborum accipienda sunt, ergo &c. Navar. *conf. 44. de sponsal. edit. 1. & conf. 6. b. tit. edit. 2.* Henriq. *l. 11. de Matr. c. 3. n. 5.* Petr. de Ledesim. *de Matr. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 4.* Rodriq. *tom. 1. Summ. edit. 2. c. 219. n. 12.* Vega *l. 6. summ. cas. 112.* Sanch. *l. 3. D. 20. n. 10.*

Neque contrarium probant Argu. 171 *menta n. 169.* allata. Ad 1. sensus verborum illorum est, quòd Matrimonium contrahi debeat coram Parocho, vel alio quodam

dam potestatem habente ab Ordinario, vel Parocho, dummodo Sacerdos sit. *Neque obstat particula Alius*; quia hæc non semper qualitatem similem denotat, ut patet ex illo, *Ducebantur autem & alij duo nequam enim eo. Luc. 23.* Quando autem sit similitudinem repetitiva, desumi debet ex proposita Materia, & in præsentia quæstione ex qualitate præsentis Parochialis, quæ cum non sit actus Ordinis, plus non requiretur, quàm ut, qui assistit Matrimonio, sit Parochus, vel ex ejus commissione alius Sacerdos. *Ad 1.* Ibi non decernitur, ut Parochus assistens Matrimonio sit Sacerdos, sed tantum dicitur, ut solenniter benedicens nuptias sit Sacerdos. In Delegato Ordo Sacerdotalis requiritur ideo, ut quod dignitatis deficit in non Parocho, per dignitatem Sacerdotalem suppleatur. *Ad 2.* Ut rectè notat Sanch. *l. cit. n. 4.* non apparet, cur verba illa non etiam proferri possint à Parocho non Sacerdote.

179 Quæritur 11. An Matrimonio validè assistat Parochus Excommunicatus? *Certum est*, quòd eidem validè assistat, si sit Excommunicatus toleratus, & non vitandus *arg. c. ad probandum 24. de Sent. & re judic.* & probat ratio; quia cum Excommunicato tolerato permittitur communicatio fidelibus, quatenus hæc in favorem, & commodum ipsorum cedit.

*Major difficultas est*, si sit Excommunicatus, non toleratus, & vitandus. Invalidam ejus assistentiam esse affirmat Avila *de Censur. D. 3. dub. 1. concl. 5.* & videtur hoc etiam probare ratio. 1. Quia assistentia Matrimonialis est actus Jurisdictionis voluntariæ, utpotè cum ad sui valorem requirat præsentiam Parochi, tanquam personæ publicæ; atqui Excommunicatus nequit amplius exercere actum Jurisdictionis etiam voluntariæ, cum Excommunicatus etiam hac privetur *c. un. ne Sed. vacant. in 6.* 2. Quiaposito etiam, quòd non referatur inter actus Jurisdictionis, saltem referri debet inter actus Officij Parochialis; nam illis assistit quæ Parochus, ejusque præsentis defectus ne mille quidem testibus suppleri potest. Atqui actus ab Excommunicato vitando gesti ratione officij, & potestatis publicæ ipso Jure irriti sunt; nam ob hanc solam causam non subsistunt actus Electionis, collationis, institutionis à Censurato gesti, ergo &c. 3. Quia Parochus saltem Matrimonio assistit, tanquam testis eorum qualificatus, sed testimonium Excommunicati vitandi non est idoneum *c. veniens 38. in fin. de test. & Attest. c. decernimus 8. & c. licet 13. de Sent. Excomm. in 6.* ergo &c.

178 Sed adhuc dicendum, Matrimonium coram Parocho Excommunicato, etiam non tolerato, contractum ipso Jure subsistere. Ita Navar. *Cons. 4. h. tit. fin. Suar. de*

*Censur. D. 11. sect. 2. n. 2. Sanch. l. 3. de Matr. D. 21. n. 4. Gutier. de Matr. c. 62. n. 23. Perez D. 40. sect. 4. à n. 3. Conink D. 27. de Sacram. dub. 5. n. 25. Pont. l. 5. c. 17. n. 6. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 10. n. 6. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 90. Fagnan. in c. ad abolendam de Hæret. n. 38. & in c. quod à predecessore de Schismat. n. 81. Gonzal. in c. fin. b. tit. n. 8. Bosco D. 11. sect. 9. concl. 9. Clericat. decis. 35. n. 4. Zoel. hic n. 15. Engl. n. 14. Pirh. n. 18. Schambog. n. 13. König n. 16. Wiestner n. 54. Reiffenstuel n. 73. Magnif. P. Schmier p. 3. de sponsal. c. 5. n. 120. & assert pro hac Fagnan l. cit. Declarationem Cardd. Ratio est, quia Trid. sess. 24. c. 1. §. qui aliter. de reform. Matr. ad Contractum Matrimoniale præcisè exposcit, ut celebretur coram proprio Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus. Atqui Parochus Excommunicatus non definit esse Parochus; quia Excommunicatio ipsum nec titulo, nec proprietate, nec possessione Parochiæ privat, ergo &c. Imò non solum assistentia, sed ipsa quoque Benedictio nuptialis, ab ita Excommunicato data Sponsis, Jure valida est, ut cum communi docent Suar. *l. cit. sect. 3. n. 9. Perez sect. cit. n. 7. Wiestner l. cit.* quia generaliter actus Ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis, qui Jurisdictionis actum non involvunt, exercentur validè ab Excommunicato vitando.*

Argumenta in contrarium allata in 179 tentum non probant. *Ad 1.* Assistentia Matrimonialis actus Jurisdictionis non est: quod inde constat, quia assistentia Parochi etiam invitati, & contrariam intentionem habentis valet, ut dicitur *infra n. 238.* nullus autem actus Jurisdictionis fieri potest ab omnino invito, aut habente intentionem contrariam; actus enim agentium non operantur ultra intentionem illorum *l. non omnis 19. ff. de reb. credit.* *Ad 2.* Excommunicatio non inficit actus omnes ex officio, & potestate publica gestos, sed eos tantum de quibus id Jure expressum est. Atqui de assistentia Matrimoniali hoc Jure expressum non invenitur. *Ad 3.* in causis Matrimoniorum ad probandum eorum Contractum recipiuntur testes etiam infames, & aliàs minus habiles. Igitur multò magis ad illorum contractum, cum, ut dixi, etiam præsentia involuntaria illorum sufficiat.

176 Quæritur 12. An Matrimonio validè assistat Parochus, cui propter imperitiam, vel in criminis pœnam Sacramentorum administratio generaliter, vel specialiter assistentia Matrimonialis ab Episcopo interdicta est? *Satis convenit* inter DD. validè assistere, si Sacramentorum administratio ipsi interdicta sit generaliter. At quando assistentia Matrimonij tali Parocho interdicta est specialiter, nonnulli cum Magnif. P. Schmier p. 3. de sponsal. c. 5. n. 120. pu-

putant assistere invalidè ; quia Interdictum tale videtur, actum Officij, interdicto contrarium, non tantum illicitum, sed etiam invalidum facere *arg. c. cum inter 16. de*

177 *Elect.*

\* Sed licet ita assistendo Parochus graviter delinquat in casu utroque, dicendum tamen etiam sic prohibitum assistere validè. Ita Henric. l. 11. de Matr. c. 3. n. 4. Sanch. l. 3. de Matr. D. 21. n. 11. Gutier. de Matr. c. 62. n. 25. Perez D. 40. sect. 4. n. 6. Conink D. 27. n. 28. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 5. Barbol. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 93. Fagnan. in c. littere de Matr. contr. interd. Eccl. n. 5. § seq. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 10. n. 7. Bosco D. 11. sect. 9. concl. 9. à n. 335. Zypæus l. 4. conf. 5. n. 6. Gonzal. in c. fin. h. tit. n. 8. Engl. hic n. 14. Wiestner n. 55. Reiffenstuel n. 72. & teste Sanch. l. cit. Rota in novissimis tom. 1. decis. 429. § 770. Ratio est, quia inhibitione illa non obstante, verè Parochus est, & titulum Beneficij Parochialis retinet.

178

Imò Matrimonij Parochianorum suorum validè assistit Parochus, quamvis amiserit Beneficium, vel quia intra annum non est promotus ad Sacerdotium juxta c. licet 14. de Elect. in 6. vel quia aliud Beneficium incompatibile accepit juxta c. de multa 28. de Præbend. licet enim ipso Jure privatus sit, nondum tamen est possessione spoliatus, & interim præsumitur habere justam causam retinendi c. licet 28. de Præbend. in 6. Filiuc. tom. 1. tr. 10. p. 1. c. 6. non 207. Sanch. D. 22. n. 62. Pignatell. tom. 8. consult. 34. n. 7. ubi testantur ita censuisse S. Cong. Concil. 12. Mart. 1653.

179

Neque contrarium probatur ex c. cum inter cit. nam ibi Electio pronuntiatur invalida, quia facta est à suspensio; non ita Suspendus censi debet, cui vel generaliter administratio Sacramentorum, vel specialiter assistentia Matrimonialis est interdicta. Ratio disparitatis est, quia Jure cautum est, quod suspensio privet Voce activa, & passiva in Capitulo; non ita privat Officio prohibitio prædicta Episcopi, cum juxta notam Juris Maximam multa prohibita sint, quæ tamen acta valent,

Quæritur 13. An validum sit Matrimonium, quod celebratum est coram Parocho solum existimato, quia v. g. Parochiale Beneficium ipsi invalidè collatum est, vel si collatum est validè, illo ob occultum v. g. Hæresis crimen ipso Jure, & facto excoit? 13. Validè assistere, saltem si Titulum coloratum habet, & retinet, modò communiter, & vulgò creditur, & existimetur esse verus Parochus; quia ob communem errorem, & publicum bonum Jus supplet defectum tituli *arg. l. Barbarius 3. ff. de Offic. Prator. Sanch. l. 3. de Matr. D. 21. n. 62. Gutier. c. 62. n. 26. § 27. Perez D. 40. sect. 5. n. 3. Conink D. 27. n. 26. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 10. n. 10. Barbol. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 94. § seqq. Pont. l. 5. c. 19. Zypæus l. 4. resp. 5. n. 1. Bosco D. 11. sect. 9. concl. 10. Illung tr. 6. D. 9. n. 116. Gonzal. in c. fin. h. tit. n. 8. Zæf. hic n. 14. Pirh. n. 18. Schambog. n. 13. fin. Wiestner n. 56. Reiffenstuel n. 75. Proceditque hoc, etsi defectus tituli ad ipso Parocho existimato, & ab ipsis etiam contrahentibus cognoscatur, modò communi errore existimetur esse verus Parochus, ut *arg. l. nam ad ea 5. ff. de LL. notant Sanch. Gutier. Perez, Palao, & alij supra.**

An verò validum sit etiam Matrimonium, cui assistit Parochus destitutus etiam titulo colorato, quæstio fieri potest. Negat cum alijs Sanch. D. cit. n. 61. quia juxta doctrinam, quam eadem Disp. n. 49. posuit, ut acta Parochi existimari valeant, non satis est communis error, sed necessarius est titulus collatus à legitimo Superiore, quamvis invalidè. Sed alij cum Dian. p. 3. tr. 4. resol. 122. Pont. l. 5. c. 20. n. 3. Bosco l. cit. n. 372. Wiestner n. 56. cit. putant etiam hoc casu validum Matrimonium esse, ex ratione; quia utilitas publica, cujus intuitu legitimæ potestatis defectus suppletur, non minus urget casu, quo Parochus putativus titulo colorato caret, quam quo illum habet, quia Beneficium Parochiale collatum ipsi est ab eo, qui illud conferre poterat.

## §. IV.

## De Commiffione Affiftentia Matrimonialis.

## S U M M A R I U M.

181. An, & à quo committi alij Sacerdoti extraneo potestas Matrimonij affiftendi poffit?

183, 184, 185. An etiam à Parocho Excommunicato, fufpenfo, vel Interdicto?

186. Sc. Cui Parochus, vel Ordinarius committere licentiam affiftendi poffit?

190. Quomodo illam committere Sacerdoti extraneo poffit?

191, 192. An cui concessa est generaliter potestas administrandi Sacramenta, etiam censeatur concessa licentia affiftendi Matrimonij?

193. An fufficiat licentia tacita, quæ habetur ex ratihabitione?

194. Sc. Respondetur cum diffinitione.

197. Soluuntur Objectiones.

198, 199. An valida fint Matrimonia militum, quæ absente proprio Legionis suæ Capellano Castronij coram aliene Legionis Curione contrahunt?

200, 201, 202. An valeat Matrimonium, contractum coram Sacerdote, cui data est licentia affiftendi, sed antequam affisteret, revocata?

203. Sc. Quid si data quidem est licentia, sed nondum intimata?

208, 209, 210. An valida fit affiftentia ex licentia metu extorta?

211, 212, 213. Vel dolo obtenta?

214, 215, 216. An prohibitio specialis deroget concessioni generali?

217, 218, 219. An cui concessa est licentia affiftendi, præmissis Denuntiationibus, valide affistat, ijs omiffis?

220, 221, 222, 223. An cui concessa est licentia affiftendi, affistere Matrimonio poffit extra Parochiam concedentis?

224. Pœna affiftentis Matrimonio Parochianorum alienorum sine licentia proprij Parochi.

182. **Q**uæritur 1. An, & à quo committi alij extraneo Sacerdoti potestas Matrimonij affiftendi poffit? *Certum est*, quod poffit committi; ita enim expresse Trid. sess. 24. c. 1. §. qui aliter de reform. Matr. Dare autem illam licentiam potest non tantum Parochus contrahentium, sed etiam hujus Ordinarius: quo nomine hic venit 1. Episcopus proprius Diocœsis, & hujus Vicarius Generalis, respectu Diocœsanorum fuorum. 2. Legati Sedis Apostolicæ respectu subditorum suæ Provincie. 3. S. R. E. Cardinales respectu subditorum Ecclesiæ sui quisque Tituli. 4. Capitulum Cathedralæ, Sede Episcopali vacante, & hujus Vicarius Generalis. 5. Abbates, & alij Prælati non subiecti Episcopo, & in certi territorij populum obtinentes Jurisdictionem quasi Episcopalem, *Ratio est*, quia hi omnes affistere Matrimonij subditorum fuorum poffunt, etiam cumulativè cum Parochis sibi subiectis, ut dictum est n. 135. *Sc. seqq.* igitur etiam licentiam dare alteri ad ijs affiftendum.

183. An verò Parochus etiam excommunicatus, fufpenfus, aut interdictus hujusmodi licentiam dare poffit, cum alijs in controversiam trahit Conink D. 27. de Sacram. dub. 2. n. 25. & Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 5. §. credo; quia putant concessionem istam licentiæ esse actum Jurisdictionis voluntariæ, quæ Excommunicato etiam ipsa adempta est: & propterea docent, ita Excommunicatum nec licitè, nec valide dare licentiam affiftendi posse alteri.

R. P. Schmalzgrueber L. IV.

Sed meliùs affirmativam defendunt

Henriq. l. 11. c. 3. n. 5. Sanch. l. 3. D. 21. n. 7. Gutier. de Matr. c. 62. n. 24. §. nihilominus. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 10. n. 8. Barbof. de Offic. Episc. Alleg. 32. n. 110. Gonzal. in c. fin. n. 9. Pirh. hic. n. 18. Schambog. n. 13. *Ratio est*, quia quod quis facere per seipsum potest, hoc etiam facere per alium potest. ergo cum secundum dicta n. 174. affistere validè Matrimonio poffit Parochus Excommunicatus etiam non toleratus, poterit ille etiam licentiam affiftendi dare alteri; neque enim magis est actus Jurisdictionis alium loco sui constituere ad affistendum Matrimonio, quàm ipsa affiftentia Matrimonialis, cum utrumque ad Parochum spectet, non quæ Jurisdictionem habet, sed in quantum est testis legitimus Matrimonij, habens facultatem sibi substituendi alium.

Atque hinc cadit Argumentum adversæ Sententiæ; frustra enim concessio hæc actus Jurisdictionis dicitur. Infert quidem assertionem suam Conink ex eo, quia per ejusmodi licentiam Sacerdos extraneus, qui alioquin esset inhabilis ad affistendum Matrimonio, fit idoneus ad actus valorem. Sed hoc Argumentum nimium probat; probat enim, quod etiam constitutio Procuratoris actus Jurisdictionis fit, cum etiam per ipsam is, qui sine hac inhabilis est ad tractanda mea negotia, habilis ad ea tractanda fiat.

Quæritur 2. Cui Parochus, vel Ordinarius licentiam affiftendi Matrimonio dare poffit? *Videtur*, quod dare eam poffit etiam Diacono. 1. quia Sacerdos affiftens

X

Ma-

Matrimonio non est ipsius Minister, sed ipsi contrahentes, igitur assistentia illius non est actus Ordinis, ac proinde committi alteri etiam non Sacerdoti poterit. **2.** Si tantum committi licentia Sacerdoti posset, id maxime probaretur ex Trid. *sess. 24. c. 1. de reform. Matr.* ibi, *Vel alio Sacerdote de licentia Parochi.* atqui ex verbis istis nihil probatur; nam in causis favorabilibus, qualis est Matrimonium, nomine Sacerdotis etiam Diaconus comprehenditur.

**287** Sed dicendum, minime posse conferri hanc licentiam non Sacerdoti, sed alteri non Sacerdoti datam esse invalidam, nec subsistere Matrimonium, coram tali Commissario contractum. Ita Navar. *l. 4. tit. de Sponsal. conf. 44. edit. 2. & h. tit. conf. 6. edit. 2.* Henric. *l. 11. de Matr. c. 3. n. 5.* Petr. de Ledesm. *de Matr. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 4.* Rodriq. *tom. 1. Summ. edit. 2. c. 219. n. 12.* Vega *l. 6. Summ. cas. 112.* Sanch. *l. 3. de Matr. D. 20. n. 10.* & constat ex Trid. verbis *citt.* ex quibus hoc ducitur Argumentum: Verba secundum communem intelligentiam accipienda sunt, *c. ex litteris 10. de sponsal. & docent ibidem omnes Interpp.* atqui secundum communem loquendi usum nomine Sacerdotis intelligitur verus Presbyter, ergo dum Concilium dicit, *Vel alio Sacerdote*, intelligit verum Presbyterum. *Conf. 1.* Ex modo loquendi ejusdem Tridentini; semper enim distinguit Sacerdotes à Diaconis, & alijs Altaris ministris, ut constat ex *sess. 23.* ubi ex professo agit de Ordine, & maxime *can. 1. & can. 2.* ergo eodem modo sumitur Sacerdos in præsentis Decreto. *Conf. 2.* Quia ita Decretum hoc semper intellectum, receptumque est.

**288** Potest autem Parochus, vel Ordinarius licentiam assistendi dare cuicunque Sacerdoti, sive Regulari, sive Sæculari, etiam ad curam animarum non approbato; quia hanc approbationem Trid. *sess. 25. c. 13. de reform.* tantum petit pro Confessionibus audiendis, propter magnam prudentiam, scientiam, & vitæ probitatem, quæ in hoc ministerio requiruntur. Sanch. *l. cit. n. 10.* Boss. *de contract. Matr. c. 4. n. 111.* Schambog. *hic n. 13.* König *n. 17. ibid.* Neque valorem commissionis impedit, si Sacerdos, cui assistentia Matrimonialis committitur, sit Excommunicatus, Suspendus, Interdictus, Irregularis, vel etiam degradatus; quia assistentia hæc non est actus Jurisdictionis, & exerceri potest per Excommunicatum, vel Irregularem. Sanch. *n. 10. cit.* Barbof. *alleg. 32. n. 111.* Bonacin. *de Matr. q. 2. p. 8. n. 23.* König *l. cit.* Imò subsisteret Matrimonium celebratum coram Delegato Parochi, licet is tantum Laicus esset, si communi æstimatione reputaretur Sacerdos; quia deputatio, & licentia assistendi dat ei titulum præsumptum, & concurret communis error,

qui titulo subnixus Jus facere dicitur, & defectum supplet *arg. l. Barbarius 3. ff. de Offic. Prætor. Bonacin. p. 8. cit. n. 30.* Sanch. *D. 22. n. 61.* Filiuc. *tom. 1. tr. 10. p. 1. c. 6. n. 206.*

Neque obstant Argumenta opposita, **189** *Ad 1.* Assistentia Matrimonialis non est quidem actus Ordinis, est tamen actus testis qualificati, cujus qualitas ad formam Matrimonij substantialem, *conf.* ad valorem ejus requiritur, nisi defectum ejus Jus suppleat ob errorem communem. *Ad 2.* Principium illud, quod in favorabilibus latior interpretatio capienda sit, non procedit in casu, quo agitur de necessarijs ad Sacramentum; tunc enim verba secundum propriam, & usitatam significationem accipienda sunt, propter periculum irritationis Sacramenti.

**Quæritur 3.** Quomodo committi Sacerdoti extraneo potestas Matrimonij assistendi possit? **1.** Potest committi verbo, scripto, vel alio signo externo, per se, vel per intermediam personam; nec solum specialiter, sed etiam generaliter: ac proinde cui commissa est cura functionum, sive muneris Parochialis, illi etiam commissa censetur facultas, & potestas assistendi Matrimonij ovium sibi commissarum; quia generalis Regulæ instar est, quod generalis dispositio generaliter, & *conf.* ita intelligenda sit, ut omnes species sub se comprehendat *can. si Romanorum 1. dist. 19. l. si Chorus 39. ff. de Legat. 3.* Navar. *conf. 13. h. tit.* Sanch. *l. 3. de Matr. D. 35. n. 7.* Conink *D. 27. de Sacram. n. 30.* Pont. *l. 5. c. 29. n. 2.* Pal. *tr. 28. D. 2. p. 13. §. 12. n. 1.* Zypæus *l. 4. resp. 4. n. 1.* Vallens. *hic n. 7. v. proprij.* Zoel. *n. 19.* König *n. 17.* Wiestner *n. 67.* Reiffenstuel *n. 83.* Vincent. *Petra, tom. 2. comm. fol. 355. n. 14.*

*Dubium est,* an licentia assistendi Matrimonij censetur concessa per hoc, quod alicui generaliter commissa sit administratio Sacramentorum? Negant Henric. *l. 11. de Matr. c. 3. n. 5.* Hurtad. *D. 5. diff. 11. n. 37.* Sanch. *l. 3. de Matr. D. 35. n. 8.* Conink *D. 27. n. 30.* Perez *de Matr. D. 41. sect. 1. n. 8.* Rationem dant, quia Minister Sacramenti Matrimonij non est Parochus, vel ab eo Delegatus Sacerdos, sed ipsi contrahentes, igitur dum commissa est administratio Sacramentorum alicui, non hoc ipso etiam commissa censetur assistentia Matrimonij, quæ administratio Sacramenti non est.

Sed verius est, hujusmodi commissio-  
fionem generalem sufficere. Ita Pont. *l. 5. c. 29. n. 2.* Pal. *tr. 28. D. 2. p. 13. §. 12. n. 1.* Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 32. n. 127.* Zypæus *l. 4. resp. 4. n. 1.* Gonzal. *in c. fin. h. tit. n. 9.* Fagnan. *in c. quod nobis eod. n. 27.* **288.** König *hic n. 18. resp. 2.* Wiestner *n. 68.* Reiffenstuel *n. 84.* Petra *l. cit.* Magnif. P. Schmier *p. 2. de Sponsal. & Matr. c. 5. n.*

3. n. 138. & ita declaratum est à s. Congr. Card. Triad. Interpp. juxta quam, ut de Parochi licentia Sacerdos alius Matrimonij Parochianorum assistat, requiritur commissio administrandi Sacramenta, vel si hæc absit, expressa, vel specialis licentia. Ratio est, quia generali ejusmodi commissione comprehenduntur omnia munera Parochialis, inter quæ cum etiam sit assistentia, & Benedictio nuptialis, etiam ipsa per eam commissio censetur.

Neque obest Ratio allata in contrarium; quia etsi Parochus assistendo Sacramentum non administrat, tamen ipsius presentia est necessaria ad illius Sacramenti administrationem.

Quæritur 4. An sufficiat licentia tacita, quæ habetur ex ratihabitione, ut Sacerdos alienus assistat? Videtur sufficere.

1. quia sicut nemo assistere Matrimonio potest, nisi Parochus, vel cui iste licentiam dederit, ita nec Eucharistia ministrari potest, nisi à Parocho, vel cum licentia Parochi; & tamen hoc non obstantibus ad ministrandam Eucharistiam sufficit licentia præsumpta. 2. similiter Confessiones Parochianorum suorum de Jure communi non potest audire, nisi Sacerdos proprius c. omnis 12. de pœn. & remiss. & tamen valide audiuntur ab extraneo ex præsumpta ratihabitione proprii Sacerdotis. 3. can. fin. caus. 9. q. 2. dicitur S. Epiphanius promovit ad Ordines quosdam Clericos ex Dialecti S. Joannis Chrysostomi: & factum ejus exculatur, quod Sanctus Vir istud omnino non fecisset, si ei detrimentum fore perpenderet. ergo similiter fat erit in Matrimonio pro legitima licentia ratihabitione de futuro. 4. c. aqua 9. de consecr. Eccl. negatur quidem, quod reconciliatio Ecclesiæ potest fieri sine commissione Episcopi, facta autem misericorditer toleratur, ubi Gloss. V. toleramus, ait, incipit valere ex nunc, cum prima nulla fuisset. ergo similiter, quamvis Matrimonium absque licentia de presenti Parochi esset nullum, factum quando accedit ratihabitione illius, incipit valere, nec erit opus iterum celebrari.

5. Ratihabitione retrotrahitur ad tempus celebrati Contractus, & mandato æquiparatur juxta Reg. ratihabitionem 10. in 6. sed si principio intervenisset mandatum Parochi, esset validum Matrimonium. ergo erit validum ex tunc, quando postea Parochus ratificat factum.

Sed optimè quætionem hanc solvunt, qui cum Sanch. l. 3. de Matr. D. 35. n. 17. & 20. Hurtad. D. 5. difficult. 11. n. 38. Conink D. 27. de Sacr. dub. 3. n. 31. Pont. l. 5. c. 29. n. 1. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 12. n. 4. Perez. de Matr. D. 41. sect. 2. n. 6. & 7. Gobat. Exper. tr. 9. n. 488. Eng. hic n. 15. Wiestner ibid. n. 69. & 70. Magnif. P. Schmier p. 3. de Spons. c. 5. n. 140. & duob. seqq. distinguunt inter licentiam B. P. Schmauzgrueber L. IV.

tacitam presentem, & futuram. Vel enim Parochianorum Matrimonio assistit alius Sacerdos, presente Parocho proprio, & dum ille ad assistendum se pararet, aut actu assistere vellet, tacente, nec contradicente, cum posset; vel assistit illi solum ex præsumptione ratihabitionis futuræ, quia credit, quod Parochus, si peteretur, licentiam assistendi concederet, & assistentiam attentatam ratihaberet.

Si primum, dicendum est, quod Matrimonium coram eo celebratum subsistat. Ratio est, quia in favorabilibus, & quæ tacenti modicum præjudicium afferunt, scientia, & patientia operatur consensum arg. c. un. de Despons. impuber. in 6. l. si ut proponis 5. C. de nupt. & l. Labeo 19. ff. de acqu. pluv. arcend. atqui Matrimonium favorabile est, & assistentia, ei præstita ab alio Sacerdote, Parocho scienti, & tacenti modicum, imò nullum præjudicium affert. ergo &c. Conf. Quia ubi licentia requiritur in actu, sufficit tacita, & præsumpta in actu presenti arg. c. fin. de Offic. Vicar. in 6. talis adest in casu nostro; si enim licentiam non indulgeret, contradiceret.

Si secundum contingat, Matrimonium est invalidum. Ratio est, quia Tridentinum ad valorem Matrimonij, coram alio contracti, petit, ut id celebretur de Parochi ipsius, vel Ordinarij licentia, sive ut is habeat ab ipso licentiam assistendi. atqui is, qui solum credit, quod Parochus ipse concessurus esset licentiam, si peteret, non habet licentiam, sed solum est habiturus. ergo &c. Conf. Quia quoties ad valorem actus requiritur licentia, illa præcedere actum debet, atque in eo intervenire. l. si quis mihi 25. §. jussim 4. ff. de acquir. vel omit. hered. ita requiritur licentia in presenti casu. ergo &c. Bene tamen alijs cit. adjungit Sanch. l. cit. n. 19. in casu, quo eadem die simul licentia concessa, & Matrimonium initum est, & dubitatur, utrum horum præcesserit, præsumi licentiam præcessisse, ex Regula, quod in dubio potius capienda sit præsumptio, ut actus valeat, quam ut peccet l. quoties 12. ff. de reb. dub. quod maxime verum est in re favorabili, qualis est Matrimonium, pro quo in dubio judicandum est c. fin. de sent. & re judic.

Neque obstant Argumenta n. 193. 197 allata. Ad 1. Negatur paritas; quia licentia ad ministrandam Eucharistiam alieno Parochiano requiritur solum, ut licet istud fiat; conf. sufficit probabilis spes, & præsumptio consensus in eo, qui licentiam deberet dare. Ad 2. Cum ad actum absolutionis Sacramentalis, ut valeat, requiratur Jurisdictio in poenitentem; hanc autem non habet Sacerdos extraneus, consensus proprii Sacerdotis, seu ratihabitione requiretur de presenti; & hinc Argumentum istud potius confirmat nostram Sententiam, quam impugnet.



gnet. *Ad 3.* In collatione Ordinum licentia proprii Episcopi solum requiritur, ut licite conferantur ab Episcopo extraneo: & ita sufficit ratihabio de futuro. *Ad 4.* In Sacramentalibus, cum solennitas sit de Jure Ecclesiastico, potest illam Pontifex mutare, & sic supplere defectum omissum, ut ex tunc incipiant valere: secus est in Matrimonio, ubi, si semel non valuit, non potest Ecclesia facere, ut ex tunc valeat, nisi contrahentes renovent consensum. *Ad 5.* Ratihabio retrahitur, & æquiparatur mandato, quando valor actus pendet ex solo mandato, & voluntate Domini; hoc autem non fit in Matrimonio, cujus valor pendet à contrahentium consensu legitimo, qui cum initio non adfuerit, necessarium est, ut repetatur.

<sup>198</sup> *Quæritur 5.* An valida sint Matrimonia militum, quæ absente proprio suæ Legionis Capellano Castrensi coram alienæ Legionis Curione contrahunt? Casus iste sapissime contingit ob receptam nostris temporibus partitionem Legionum, quæ plerumque partes diversarum Legionum imponuntur uni Præsidio, & apud eum ejusmodi diversarum Legionum milites præsentem habent, non nisi unum unius Legionis Curionem Castrensem, coram quo Matrimonia celebrent.

*Ratio dubitandi* de Matrimoniorum istorum valore gravissima sumitur ex resolutione Quæstionis præcedentis; quia cum talis Curio licentiam assistendi Matrimonijs militum alterius, quam suæ Legionis, à proprio ipsorum Curione, quippe qui sæpe procul, & diu cum alia Legionis suæ parte abest, habere plerumque nequeat, ex alia licentia non videtur assistere, quam ex licentia fundata in præsumptione ratihabitionis futuræ. atqui hæc licentia ad valorem Contractus nuptialis non sufficit, ut dictum est *n. 196.* ergo &c.

<sup>199</sup> Sed adhuc dicendum, quòd ejusmodi Matrimonia sint habenda pro validis, ut rectè advertit P. Wiestner *hic n. 73.* Idque 1. propter generalem conventionem Curionum, seu Capellanorum Castrensiū, quorum cura singulæ Legionis commissa sunt. 2. Propter generalem, & rationabilem consuetudinem; nam, ut communis sententia habet, per consuetudinem, si rationabilis, & legitime præscripta sit, acquiri potest etiam Jurisdictio fori interni, atqui consuetudo hæc nostra est rationabilis, & legitime præscripta, ergo &c. 3. Propter generalem commissionem Curæ factam Curionibus Castrensiū à Superiore ipsorum Castrensi, qui licentiam administrandi Sacramenta, & cons. etiam assistendi Matrimonijs militum quorumcumque, absente proprio illorum Curione, dat omnibus Curionibus Castrensiū non restrictam,

*Quæritur 6.* An validum sit Matrimonium, contractum coram Sacerdote extraneo, cui data est licentia assistendi, sed antequam assisteret, revocata? *Certum est,* non valere, si revocatio per nuntium ad id destinatum est intimata; nam revocari ad libitum potest, cum sit merè gratuita, & omnino pendens à voluntate concedentis. Sanch. *l. 3. de Matr. D. 36. n. 9.*

*Difficultas est,* si nondum intimata est revocatio, vel non legitime, i. e. per nuntium ad id destinatum intimata. Etiam hoc casu non valere Matrimonium, videtur probari 1. ex argumento primum allato; quia licentia hæc omnino pendet à voluntate concedentis, ergo hac cessante, etiam ipsa cessat. 2. Quando mortuus est delegans, re integra, perit potestas delegati, etiam ignorantis, nec gesta per ipsum tunc valent *c. relatum 19. & c. gratum 20. de Offic. Deleg.* 3. Si Delegatus novit se revocatum, licet publicè id ignoretur, ipso Jure non valet Processus, secus, si Delegatus ignoret, ut docent Bald. *in l. 2. n. 7. C. de Sent. & interloc. & ibi Salicet. n. 5. q. 2.*

Sed dicendum, non sufficere revocationem esse licentiam assistendi Matrimonio, nisi intimetur revocatio per nuntium ad id destinatum illi, cui concessa fuerat; cons. si ejusmodi Sacerdos ante ipsam intimationem adtulerit Matrimonio virtute licentiæ sibi concessæ, illud valebit, esto, aliunde noverit revocationem esse licentiam. Ita Sanch. *l. 3. de Mur. D. 36. n. 9.* cum cæteris. Sumitur ex *l. si forte 17. ff. de Offic. Præsid.* ibi, *Si forte Præfes Provincie manumiserit, vel tutorem dederit, priusquam cognoverit successorem advenisse, erunt hæc rata,* ubi Gloss. *V. cognoverit, ait, Usque ad ejus adventum durat ejus Jurisdictio.* Addidi, *Esto aliunde noverit revocationem esse licentiam;* non enim sufficit qualiscunque notitia revocationis, sed requiritur, ut Commissarius de revocatione certior fiat per ipsum Parochum, aut ejus Epistolam, aut alium ejus nomine, ut per Procuratorem, vel nuntium ab ipso ad id destinatum, ut bene advertit alijs *citt.* Sanch. *D. 30. n. 13.* Ratio est, quia per easdem causas res nascitur, & dissolvitur *c. omnis res 1. de R. J.* atqui constitutio Commissarii ad assistendum Matrimonio exigit unionem voluntatum Parochi constituentis, & Commissarii acceptantis, quæ acceptatio, ut mox dicetur, exigit nuntiam talis constitutionis per nuntium à constituyente ad hoc destinatum ergo &c.

Neque urgent Argumenta *n. 200.* allata. *Ad 1.* Voluntas concedentis licentiam censetur esse conformis Juri; cons. hujus fictione tamdiu censetur durare, quamdiu ejus revocatio legitime non est intimata. *Ad 2.* Negatur paritas; nam Delegatus, mortuo Delegante, non amplius agere ex

Voluntate Delegantis potest, cum hæc morte istius omnino cesserit, cum tamen, si ab ipso vivente revocata sit, beneficio Juris adhuc censetur durare usque ad intimationem revocationis legitimam. *Ad 3.* Negatur Ant. nam tum defectum potestatis supplet Jus occasione communis erroris. Et esto, revocatio sit communiter nota, quamdiu tamen legitime intimata non est, vim auferendi potestatem assistendi Matrimonio ex licentia prius concessa non habet, cum, ut dictum est, legitime innotescere revocatio debeat.

<sup>109</sup> **Quæritur 7.** An validum sit Matrimonium, celebratum coram Sacerdote, cui concessa est quidem facultas assistendi, sed non intimata? Videtur valere generaliter à tempore concessionis, ita, ut neque scientia, neque intimatio ejusdem requiratur. 1. Quia privilegia habent effectum à tempore, quo data sunt, etiam ante acceptam notitiam, quod inde colligitur, quia in Literis gratiæ (quibus privilegia accensentur) non attenditur tempus *Præsentate*, sed tempus *Datæ*, quod signum est, statim tunc, cum datæ sunt parti jus quæri. 2. Ut concessio licentiæ à voluntate concedentis, ita & Legatum à voluntate testatoris dependet, atqui Legatum relictum à testatore acquiritur ignoranti à tempore mortis *l. cum pater 77. §. sardo 3. ff. de Legat. 2.* ergo & concessio licentiæ à tempore concessionis procedit. 3. Juxta *l. consensisse 2. §. convenire 1. ff. de Judic.* ignorans habet exercitium Jurisdictionis prorogata. ergo & talis Sacerdos, ignorans licentiam sibi concessam, habebit exercitium concessionis sibi factæ. 4. In proposito casu servatur finis, & verba Concil. Trid. finis quidem, quia Matrimonium jam ita contrahitur, ut excludatur periculum abnegandi illud; verba autem, quia data est licentia Sacerdoti extraneo, & Concilium non expressit, quod hæc licentia debeat innotuisse prius. 5. De Jure veteri non censetur plus correctum, quam sit expressum *l. fin. c. de appell.* & in dubio favendum potius Matrimonio *c. fin. de sent. & re judic.* atqui de Jure veteri tale Matrimonium indubiè valuit, ergo & nunc valet.

<sup>104</sup> Sed melius distinctionem adhibent Sanch. *l. 3. de Matr. D. 36. n. 2.* Hurtad. *de Matr. D. 5. difficult. 13.* Filliuc. *tr. 10. p. 1. n. 220.* Conink *D. 27. de Sacram. n. 32.* Pal. *tr. 22. D. 2. p. 13 §. 12 n. 6.* Barbof. *ad Frid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. n. 117.* König *hic n. 18. Respons. 3. circa medium.* Wiestner *hic n. 74.* Magnif. P. Schmier *p. 3. de Spons. c. 5. n. 143.* Vel enim tali Sacerdoti licentia hæc assistendi Matrimonio concessa est à Parocho, aut Ordinario motu proprio, aut etiam ad instantiam alicujus, sed ipso inficio; vel concessa illa est ipso petente, aut alio quidem petente, sed ipso conscio,

*Si primum*, Matrimonium coram ipso 205 fo, antequam ad eum notitia licentiæ concessæ venerit, non valet. *Ratio est*, quia talis licentia sapit naturam gratiæ privilegio concessæ, & donationis. Atqui privilegia, & donationes effectum non fortiuntur, nisi à tempore acceptationis. Igitur neque in casu nostro licentia assistendi, sed requiritur, ut sit acceptata; acceptari autem licentia non petita, sed motu proprio, vel ad instantiam alterius concessa, Sacerdote, cui concessa est, ignorante, non potest, ergo &c. *Proceditque hoc*, etsi talis Sacerdos jam fuerit illius concessæ conscius, si notitiam istam acquisiverit per alium, quam per impetranterem aut ejus, vel Parochi concedentis nuntium, ut notat Sanch. *l. cit.* Imò nec credi facile debet ijs, qui asserunt se accepisse à Parocho, vel Ordinario licentiam contrahendi Matrimonium coram Sacerdote extraneo, nisi ostendant aliqua saltem verisimilia indicia, aut essent personæ nullatenus suspectæ, & fide dignæ; licet enim in ijs, quæ præcisè ad forum animæ spectant, credatur dicenti se habere licentiam, ut v. g. alieno Sacerdoti confiteatur: secus tamen est in ijs, quæ ad forum Ecclesiæ externum spectant, prout etiam est Matrimonium; in his enim non facile creditur asserentibus aliquid in favorem proprium. Sanch. *l. 3. D. 37. n. 2.* Conink *D. 27. n. 39.* Barbof. *ad sess. 24. c. 1. de reform. Matr. n. 119.* Engl. *hic n. 16.* Hinc in re ista cautè omnino est procedendum; quia gravissimum præjudicium sequi posset Matrimonio, & proli inde susceptæ, si Sacerdos de licentia obtenta aliter testificari non posset, quam per dictum personarum contrahentium, quibus, ut dictum, in propria causa fides non habetur. König *n. 18. resp. 3.*

*Si secundum* contingat, Matrimo- 206 nium coram ejusmodi Sacerdote celebratum valet, etiamsi nondum sciat licentiam sibi concessam esse, sed tantum ex conjectura temporis illud colligat. *Ratio est*, quia tunc licentia data acceptata censetur hoc ipso, quod ijs, cui data est, vel alius ipsius nomine, & ipso conscio illam perierit. *Ex quo sequitur*, valide celebrari Matrimonium coram Sacerdote eo tempore, quo nuntius, ferens literas concessionis licentiæ ab ipso peritæ, adhuc in via est, etsi Sacerdos ipse ignoret eam sibi esse concessam. P. Wiestner *n. 75.* Dixi *valide celebrari*; nam ante notitiam licentiæ sibi concessæ illicitè ipse assistet Matrimonio, quod sic assistendo exponat Sacramentum Matrimonij, coram se contractum, periculo nullitatis.

Neque aliud probant Argumenta ad- 207 ducta *n. 203.* *Ad 1.* Id verum est, quando privilegium datum est ad instantiam privilegiati, vel alterius, isto conscio, & consen-

tiante. Secus, si motu proprio; nam tum fortitur effectum suum à tempore, quo certior de illo fit is, cui conceditur, ut pluribus probat Sanch. l. 3. D. 36. n. 2. Ad 2. Id speciale est in Legato, quòd Legatario post mortem legantis statim acquiratur Jus: deinde Jus istud, quod Legatario acquiratur, tantum conditionatum est, si iste Legatum acceptet; potest enim repudiare liberrimè. Ad 3. Ignoranti prorogata est accessoria ad principalem; ignorantem autem accessoria accrescunt. Ad 4. Licentia à Trid. requisita, ut extraneus Sacerdos assistere possit Matrimonio, intelligi debet cum effectu; effectum autem, ut hætenus ostensum est, non habet, nisi postquam est acceptata. Ad 5. patet ex Trid. sess. 24. c. 1. de reform. per ejus Decretum irritari Matrimonium clandestinum; tale autem est, si celebratum non sit coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarij licentia, quam juxta dicta nondum habet, cui illa nondum est intimata.

208 Quæritur 8. An valida sit assistentia Matrimonialis ex licentia metu extorta? Ratio dubitandi est 1. Quia Matrimonium metu extortum invalidum est. Atqui licentia assistendi Matrimonio refertur ad Matrimonium. Ergo &c. 2. Constitutio Procuratoris Matrimonialis, & promissio Dotis metu extortæ sunt irritæ, non ob aliam causam, quàm propter relationem, vel accessionem ad Matrimonium. Ergo ob eandem relationem irrita erit etiam licentia assistendi Matrimonio metu extorta. 3. Concessio licentiæ assistendi Matrimonio est actus potestatis affinis Jurisdictioni. Atqui hujus prorogatio metu extorta invalida est juxta Gloss. in c. 2. V. coactus de ijs, quæ vi, metu, & causa &c. Ancharan. ibid. n. 3. Abb. n. 12. Imol. n. 7. fin. & constat ex l. consensisse 2. ff. de Judic. princ. ibi. Si cum resistisset quis ex litigatoribus, viribus præture compulsus est, nulla est Jurisdictio.

209 Sed his non obstantibus, dicendum, concessionem licentiæ metu extortæ, & ipsum Matrimonium, cui vigore talis licentiæ assistit Sacerdos extraneus, esse validum. Ita Gutier. de Matr. c. 69. n. 14. Sanch. l. 3. de Matrim. D. 39. n. 13. Hurtad. de Matr. D. 5. diffic. 11. n. 39. Conink D. 27. n. 37. Perez D. 41. sect. 5. n. 2. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. S. 12. n. 2. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 115. § 133. Wiestner hic n. 77. Ratio est, quia etsi talis licentia sit metu extorta, ipsum tamen Matrimonium, coram Sacerdote ex tali licentia contractum, liberum à metu est. Igitur non apparet, ex quo capite irritum sit, cum neque Matrimonium ex tali licentia contractum, neque ipsam licentiam sic extortam Jura irritent.

210 Argumenta contraria levis momenti sunt. Ad 1. Patet disparitas ex ratione

allata. Ad 2. Jure proditum est, quòd Constitutio Procuratoris Nuptialis, & promissio Dotis metu extortæ valore destituantur; non autem Jure expressum habetur, quòd etiam irrita sit licentia assistendi Matrimonio metu extorta. Ad 3. Esto, Jurisdictionis prorogatio metu facta invalida sit, is casus est specialis exceptus à Regula generali, quâ traditur metu gesta tenere: igitur ejus nullitas absque alio textu extendi non debet ad licentiæ concessionem, neque actus Jurisdictionis est, neque per eam Jurisdictio aliqua transferitur.

Quæritur 9. Utrum valida sit licentia assistendi Matrimonio obrenta dolo, v. g. si allegata sit falsæ causæ urgentis necessitatis, aut petita ejus concessio à Parocho, vel Ordinario per mendacium nomine alicujus Magnatis? R. Cum distinctione: Vel enim dolosum ejusmodi mendacium habuit rationem causæ finalis, vel solum impulsivæ. Si rationem causæ finalis, ita, ut concessio licentiæ alligata fuerit à concedente veritati causæ, aut nominis, cujus gratiâ ea petita est, certum est tam concessionem licentiæ, quàm assistentiam nuptialem ex ea secutam esse irritam; quia tali casu apertè deficit consensus in concedente.

Si verò habuit rationem causæ solum impulsivæ, iterum certum est valituram concessionem licentiæ, & assistentiam Matrimoniale casu, quo concedens ita dispositus fuit, ut intellecta etiam vanitate allegationis, concessurus adhuc fuisset licentiam: idque ex ratione opposita; nam tali casu in consensu concedentis nullus defectus est.

Dubitari potest, an hujusmodi licentia concessa valeat, si concedens allegationi falsæ concessionem suam quidem non alligavit, ita tamen dispositus fuit, ut falsitate allegationis cognita, concessurus illam non fuisset? Ratio dubitandi sumitur ex paritate cum dispensatione, vel concessione alterius gratiæ Apostolicæ, impetratæ per narrationem falsitatis, aut reticentiam veritatis, quæ nulla est, si cognito defectu, concedenda non fuisset.

Sed adhuc dicendum, ejusmodi licentiam, & assistentiam, ipsamque Matrimonium, ex ea consecutum, etiam tali casu subsistere. Ita Sanch. l. 3. de Matr. D. 39. n. 14. Gutier. c. 69. n. 14. § 15. Caspar Hurtadus de Matr. D. 5. diffic. 11. fin. Conink D. 27. n. 37. Perez D. 41. sect. 6. à n. 2. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. S. 12. n. 2. Wiestner hic n. 79. Ratio est, quia hoc ipso, quòd causæ, & authoritati allegatæ consensus concedentis alligatus non sit, ille simpliciter, & absolute est præstus.

Neque obstat Ratio dubitandi allata, quia nec dispensationem, aut gratiam Apostolicam cujuscunque falsitatis expressio, aut

aut veritatis reticentia ob- vel subreptitiam facit, sed ea tantum, de qua ex Stylo Curiae, vel consuetudine constat, quod requiratur ad valorem dispensationis, vel gratiae concessae: unde ex hoc potius confirmatur nostra responsio; nam quando valor concessionis Pontificiae non est alligatus allegationi falsa, concessio etiam dispensationis, & gratiae Apostolicae valet. Ergo etiam valebit concessio licentiae assistendi Matrimonio, si falsitati allegationis non alligetur concessio.

214 Quæritur 10. Utrum vi licentiae, quam Bertha obtinuit ab Ordinario Dioeceseano, ut conjungi Matrimonio possit cum paris conditionis Juvene (ejus nomine, & familiâ non expressis) à quocunque Sacerdote, ipso coram Sacerdote non Parochiali contrahere Matrimonium possit cum Titio, paris quidem cum ipsa conditionis Juvene, sed cui ab eodem Ordinario propter litem super Sponsalibus, & defloratione cum Caja pendente, ne quid in istius præjudicium innovaret, Matrimonium fuerat interdictum?

215 R. Negativè cum P. Wiestner hic n. 20. Ratio est, quia juxta Regulam 81. in 6. in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Atqui Ordinarius, concedens licentiam in genere, ut Bertha contrahere Matrimonium cum paris conditionis Juvene posset coram quocunque Sacerdote, si illa hoc determinatè petisset pro Titio, licentiam illam non concessisset, sed denegasset. Ergo generalis illa licentiae concessio ad Matrimonium, quod eadem Bertha cum Titio inijt, vel inire vult, non extenditur, & cons. Matrimonium ita initum nullum est.

216 Conf. 1. Ex fine prohibitionis ab Ordinario factae; nam Titius prohibitus est ab Ordinario, ne ab ipso aliquid innovaretur in præjudicium Cajæ. Atqui nulla alia re magis, quam Matrimoniali contractu cum Bertha præjudicari eidem poterat. Ergo dum prohibitionem istam fecit Titio, voluit eum à generali concessione, Berthæ facta, exceptum.

Conf. 2. Concessio generalis Berthæ facta ita intelligi, & explicari debet, ut intentio concedentis non eludatur. Eludetur autem, si concessio illa se extenderet etiam ad ducendum Titium, ergo &c.

217 Quæritur 11. An si Episcopus, vel Parochus extraneo Sacerdote det licentiam, ut assistat Matrimonio, præmissis tamen Denuntiationibus, & Examine, an Sponsi non laborent impedimento aliquo, valeat Matrimonium, quando his ommissis Sacerdos talis assistit Matrimoniali Contractui? Videtur non valere. 1. Quia ablativus ille, præmissis Denuntiationibus, formam, & conditionem importat l. à testatore 109. ff. de condit. & demonstrat. ergo licentia erit

conditionata, ac proinde invalida, non servata conditione. 2. Quando commissio fit sub certa forma, eâ non servatâ, corrumpitur actus; nam fines mandati diligenter servandi sunt l. diligenter 5. ff. mandati, atqui in casu quæstionis commissio assistendi Matrimonio fit Sacerdoti delegato sub certa forma, ut scilicet præmittat Denuntiationes, & examen super impedimento. Ergo his ommissis, corrumpitur Matrimonium. 3. Quando quis absolvit ab Excommunicatione vi Bullæ Cruciatæ, absolutio ista irrita est casu, quo satisfactio partis non præmittitur, quia Bulla Sacerdoti absolutionem concedit præstita satisfactione parti. Ergo idem dicendum in casu præsentis.

Sed dicendum valere Matrimonium, nisi Sponsi laborent impedimento alio dirimente. Ita Sanch. l. 3. de Matr. D. 33. n. 3. & alij apud istum. Ratio est, quia forma ista, ut assistatur Matrimonio; præmissis Denuntiationibus, & examine super impedimento, est Jure communi expressa c. fin. h. tit. & Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. Atqui quoties exprimitur in commissione forma Juris communis eo modo, quo Jure inest, non potest intentio committentis inducere novam formam, & conditionem, sed est admonitio quædam, ut observetur forma Juris communis, ut communis DD. notat, igitur cum nec in c. fin. nec in Trid. c. 1. cit. Denuntiationes præscribantur, tanquam de essentia Matrimonij, illarum ommissio etiam non vitiabit licentiam, & ipsam assistentiam Matrimonialem.

Neque obstant Argumenta opposita, 219 Ad 1. Id verum est, quando ea forma, posita in commissione, non est forma Juris communis, sed nova; tunc enim importat conditionem. Ad 2. Eadem est responsio. Neque dicas, si Ordinarius committat assistentiam Matrimonialem non præmissis Denuntiationibus, Parocho, vel alij Sacerdoti, cum addito, Dummodo moneas sub Excommunicatione Sponsos, ne consument Matrimonium ante Denuntiationes, non est ea forma Juris communis. Igitur saltem hoc casu irritum erit Matrimonium, si monitio hæc omittatur. Nam dicendum, etiam hanc formam ad instructionem tantum, non verò ad essentiam licentiae pertinere, quod inde patet, quia talis Sacerdos hoc casu satisfacit, si post contractum Matrimonium moneat Sponsos de eo non consummando. Unde quando dicitur, quod forma, quæ non est Juris communis, addita commissioni, inducat veram formam essentialem, id intelligendum, nisi ex alijs conjecturis clarè deprehendatur oppositum. Ad 3. Imprius teste Sanch. l. cit. non est improbable, absolutionem, virtute Bullæ impensam, antequam satisfactio præstetur parti, injustam quidem, sed validam tamen esse: & esto, invalida sit, ideo invalida est, quia con-

conditio illa satisfaciendi parti ponitur alio modo, quam quo Jure communi inest.

220 Quæritur 12. An Sacerdos, cui licentia concessa est à Parocho, ut Parochianorum suorum Matrimonio assistat, hæc licentiâ uti, & Matrimonio assistere etiam extra Parochiam concedentis possit? *Certum est* non posse, si licentia, à Parocho ipsi data, restricta est ad Ecclesiam Parochialem, vel alium locum intra fines Parochiæ illius situm; quia sicut Parochus dare licentiam assistendi potest, ita etiam dare potest restrictam, ut ultra locum concessum non extendatur.

Dixi autem, si restricta sit; nam si licentiam dans locum certum addiderit tantum demonstrationis causâ, ut si dicat, *Conjunge Matrimonio Titium, & Bertam in Ecclesia mea*, vel, *Committo tibi vices meas ad assistendum Matrimonio in Parochia mea*, non censetur licentia esse restricta; quia, ut Sanch. l. 3. D. 34. n. 4. notat, sensus est, *Do licentiam ad conjungendos Parochianos meos.*

221 Unde dubium totum præsentis Quæstionis recidit, an cum nullus nominatus est locus, vel nominatus quidem est, sed solum demonstrationis causâ, Commissarius extra Parochiam committentis assistere validè Matrimonio Parochianorum committentis possit? Negativam defendunt plures apud Sanch. l. cit. n. 1. & videtur istud probare ratio; nam licet assistentia nuptialis non sit proprie actus Jurisdictionis, ad voluntariam tamen Jurisdictionem reducitur; quia & ipsa exercetur in volentes, & sine cognitione Judiciali. Atqui voluntaria Jurisdictio extra proprium territorium exerceri solum potest, quando est Ordinaria, non verò, quando illa est delegata ab aliquo inferiore Principe, ut colligitur arg. l. omnes 2. ff. de Offic. Procons. & Clem. dudum 2. de Sepultur. quorum textuum priore Legato Proconsulis negatur manumissio, & alij Jurisdictionis voluntariæ actus ante ingressum Provinciæ sibi demandatæ; posteriore autem statuitur, Religiosos ab Episcopo approbatos, & delegatos ad audiendas Confessiones non posse illas excipere extra Diocesim Episcopi approbantis.

222 Sed verior est affirmativa, videlicet etiam Sacerdotem extraneum post acceptam à Parocho licentiam, ut Parochianorum suorum Matrimonij possit assistere, iisdem assistere validè posse extra Parochiam concedentis. Ita Sanch. l. 3. de Matr. D. 34. n. 3. Gutier. c. 62. de Matr. n. 10. Comink D. 27. dub. 3. n. 28. Pont. l. 5. c. 29. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 9. n. 7. Barbof. de Offic.

Episc. alleg. 32. n. 96. §. 114. Perez D. 41. sect. 3. n. 2. Fagnan. in c. quòd nobis 2. b. tit. n. 39. §. seqq. Wagnerek ¶. qui aliter not. 3. eod. Honor. bic n. 7. Wiestner ibid. n. 83. Ratio est, quia Trid. sess. 24. c. 1. ¶. qui aliter de Matr. ad valorem Matrimonij solum exigit, ut Matrimonium contrahatur præsentè Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus; de loco autem, & alijs tanquam merè accidentarijs nihil decidit. Igitur dicendum ultra illa ad valorem Matrimonij non requiri ullam aliam circumstantiam: conf. etiam non requiretur, ut talis Sacerdos Matrimonio assistat intra fines Parochiæ concedentis, nisi ad hanc ipse concedens licentiam datam restrinxerit.

Ad Argumentum sententiæ oppositæ Sanch. l. cit. n. 2. cum plurimis alijs à le cist. meritò negat Jurisdictionem voluntariam etiam delegatam restringi ad territorium delegantis. Neque contrarium probant duo textus allegati. Ad 1. Legatus Proconsulis actus voluntariæ Jurisdictionis ante ingressum Provinciæ exercere non potest; quia ante ingressum caret Jurisdictione, ut notat Gloss. in l. cit. V. potest, Brunem. n. 2. Wiestner bic n. 83. & probat ratio; quia Jurisdictionem non habet, nisi mandatam à Proconsule; iste autem ante Provinciæ ingressum mandare non potuit l. observare 4. §. post hæc 6. ff. de Offic. Procons. Ad 2. Religiosi ab Episcopo approbati, & delegati ad Confessiones audiendas audire extra concedentis, & delegantis Diocesim solum prohibentur Confessiones illorum, qui Episcopi approbantis & delegantis subditi non sunt, ne unius Episcopi approbatio ad omnium totius Orbis fidelium Confessiones excipiendas porrigi videatur: Interim tamen Confessiones subditorum Episcopo deleganti audire possunt etiam extra Diocesim delegantis, & approbantis.

Quæritur 13. Quam pœnam incurrat Parochus, vel Sacerdos alius, qui alienos Parochianos conjungere, aut benedicere sine proprij Parochi licentia ausus fuerit? ¶. Talis ipso Jure incurrit Suspensionem duraturam, donec ab Ordinario Parochi, qui Matrimonio interessè debebat, seu à quo suscipienda fuerat Benedictio, absolvatur, ex Decreto Trid. sess. 24. c. 1. ¶. quòd si quis de reform. Matr. *Proceditque hoc*, sive Parochus, vel Sacerdos ille sit Regularis, sive Sæcularis, etiam sub prætextu consuetudinis immemorialis, aut privilegij; nam hoc per cit. S. Synodi Decretum sublatum est.

## S. V.

De Testibus, horum Qualitate, & modo, quo tum isti, tum Parochus assistere Matrimonio debet.

## S U M M A R I U M.

215. Quot requirantur testes ad Matrimonij valorem?  
 216. Sc. An debeant esse omni exceptione majores?  
 230. 231. 232. Quomodo debeant esse presentes Contractui Matrimoniali?  
 233. An sufficiat, si adsint successivè?  
 234. 235. 236. An debeant esse ad hoc requisiti?

237. Sc. An sufficiat presentia illorum dolo, aut metu extorta?  
 242. An Parochus Catholicus possit assistere Matrimonij Hereticorum, qui in sua Parochia degunt? Sententia affirmans.  
 243. Sententia negans.  
 244. An verba, Ego vos in Matrimonium conjungo &c. sint de essentia Matrimonij?  
 245. Vel saltem de necessitate præcepti?

225 **Q**uæritur 1. Quot, & quales requirantur Testes ad Matrimonij valorem; Certum est 1. ad valorem Matrimonij requiri, ut ejusdem Contractui adsint duo, vel tres testes cum Parocho; nec sufficere unicum testem cum Parocho; quia Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. expressè irritat Matrimonium, non contractum coram Parocho, & duobus, vel tribus testibus. Et confirmatur ex doctrina Felin. c. ex litteris n. 10. §. modo adverte, de Probat. ubi docet, quando Statutum requirit ad certum actum duo personarum genera, personam unius generis non posse gerere utriusque vicem. Requiritur autem ex Decreto Trid. l. cit. ad valorem Matrimonij, Parochus, & duo alij testes. Ergo non poterit Parochus simul obire munus Parochi, & simul vicem alterius testis supplere. Sanch. l. 3. de Matrim. D. 41. n. 1. Certum est 2. Exigi, ut testes rationis usum habeant; alias enim de Matrimonij contractu testificari non poterunt Sanch. l. cit. n. 2.

226 **D**ifficultas est, an sufficiant qualescunque testes, vel exigantur omni exceptione majores, h. e. tales, qui nullum patiantur vitium, ob quod Jure repellantur à testimonio dicendo? Franciscus Molinæus de vit. nupt. & alij quidam Neoterici apud Sanch. l. cit. n. 4. volunt, requiri testes legitimos, & omni exceptione majores: quod probant 1. can. placuit 2. caus. 4. q. 3. c. consultationi 28. de Sponsal. c. attestations 10. de despons. impub. & præcipuè c. ex litteris 1. de consang. & affinit. ubi §. inquisitâ Alexander III. in Causis Matrimonialibus propter earum arduitatem requirit Testes circumspectos, omni exceptione majores, & vult illas tractari non per quoscunque, sed per discretos Judices. 2. Tridentinum duos, vel tres testes exigat, ut Matrimonium non sit clandestinum: ut verò tale non sit, opus est, ut ejus habeatur legitima probatio; quia Matrimonium, cujus legitima probatio non habetur, pro clandestino apertè habetur c. quod nobis 2. b. tit. ibi, Si Matrimonia ita & P. Schmalzgrueber L. IV.

occultè contrahuntur, quòd exinde legitima probatio non appareat. Legitima autem probatio rei per testes non habetur, nisi qui de illa deponunt, sint integri, & legitima exceptione majores l. testimoniorum 1. ff. de testib. & Novell. 90. pr. §. c. 1. ergo &c. 3. Ad probationem Matrimonij antiquo Jure c. super eo 22. de test. §. attest. requirebantur testes non qualescunque, sed integri, & omni exceptione majores; quorum verò fides erat suspecta, repellebantur, ergo etiam testes à Trid. requisiti integri, & omni exceptione esse majores debent; nam ad excludendam Juris correctionem novum Jus ab antiquo Interpretationem accipit. 4. Ratio, quare Trid. irritaverit Matrimonium clandestinum, est, ne quis publicè inire possit Matrimonium secundum, eò quòd primum clam contractum probari non possit. hoc autem inconveniens non evitaretur, si assistere contractui ejus possent testes non legitimi, qui ob vitium aliquod à testimonio repelli possent. ergo &c. 5. Tales testes facillè poterunt corrumpi, ut testentur Matrimonium non fuisse contractum; & sic tale Matrimonium non poterit magis probari, quàm clandestinum.

Verùm his non obstantibus, dicendum 227, in testibus, qui fidelium Matrimonij cum Parocho assistunt, nullam requiri peculiarem qualitatem; ac proinde validè contrahetur Matrimonium coram testibus impuberibus, servis, fœminis, paganis, excommunicatis, notatis infamiâ, contrahentium alterutri, vel utrique consanguinitate, vel alia necessitudine conjunctis. Ita Ant. Cucch. l. 5. Inst. major. tit. 11. n. 61. Henric. l. 11. de Matr. c. 3. n. 9. Segura p. 2. direct. Jud. c. 15. n. 60. Rodriq. tom. 1. Summ. edit. 2. c. 219. n. 8. Petr. de Ledesm. de Matr. q. 45. art. 5. p. 3. S. conclusio sit. Sanch. l. 3. D. 41. n. 5. Gutier. c. 24. n. 74. Conink D. 27. n. 41. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 6. §. secundo. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 13. n. 3. Perez D. 41. sess. 9. n. 5. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 138. Bosco D. 11. sess. 9. concl.

concl. 15. à n. 598. Gonzal. in c. fin. b. tit. n. 10. Wex Ariadu. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 33. Gobat Exper. tr. 9. n. 520. Valens. hic n. 10. Zæf. n. 18. Engl. n. 18. Pirh. n. 24. Schambog. n. 18. König n. 21. Wiestner n. 60. Reiffenstuel n. 103. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 148.

226 Ratio est 1. Quia Tridentinum, dum duorum, vel trium testium presentiam exigat, nullam facit mentionem de testium qualitate, cujus utique mentionem fecisset, si qualitatem aliquam specialem in iisdem requisivisset. igitur signum est, quod in iisdem alias qualitates non exegerit, nisi quas exigit Jus naturale, quo Jure nemo repellitur à dicendo testimonio, nisi de quo justus timor est, quod verum dicere vel non possit, vel non velit. 2. Jus Tridentini, quatenus ad valorem Matrimonij exigit presentiam duorum, vel trium testium, est correctorium Juris antiqui, quo nullus omnino requirebatur testis, sed valuerunt Matrimonia clandestina. igitur odiosum est, & strictæ interpretationis. sed si strictæ interpretationis est, verba sumi debent, ut præcisè sonant: verba autem Trid. nullam specialem testium qualitatem sonant. ergo nec dicendum est, vi Tridentini illam requiri. 3. Testes etiam minus habiles, & idonei rei gestæ, fidem sufficienter faciunt, quando communi partium consensu adhibentur, ut tradunt Bald. in l. 6. c. de testib. n. 1. Jafon l. 1. §. fin. n. 9. ff. de V. O. Ant. Gabr. in. de testib. concl. 10. n. 50. Sanch. n. 5. cu. atqui in Matrimonio adhibentur testes communi contrahentium consensu. ergo quicunque suffiunt. 4. Quando testis minus habilis cum alio habili, & omni exceptione majore concurrat, excessus in uno supplet defectum alterius, ut multis cit. testantur Ant. Gabr. l. cit. concl. 5. n. 1. & seq. Malcard. de Probat. concl. 1365. n. 13. ita fit in casu nostro; nam præter testes reliquos adest Parochus, cujus habitus ob dignitatem personæ excellens est, & quatenus Matrimonium cum nominibus testium refert in Librum ad id destinatum, fidem plenam facit, imitar Notarij publici, ergo &c. 5. In causis favorabilibus ad probandum admittuntur etiam testes, qui alias non sunt habiles, & idonei arg. c. in fidei 6. de Heret. in 6. atqui etiam causa Matrimonij favorabilis est c. fin. de sent. & re jud. & c. directæ 39. de appellat. 6. Si testes requirerentur omni exceptione majores, Matrimonia pleraque exponerentur periculo nullitatis, prout defecto contingere solet in Testamentis, quæ propterea semper in periculo sunt, dum faciè etiam præter opinionem testatoris defectus aliquis, vel exceptio contra testem reperiri, & excogitari potest. hoc autem est contra mentem Tridentini, quod formam istam præscripsit Matrimonio, ne tam faciè, & frequenter imposterum, sicut olim, Matrimonia negari possent. igitur dicendum, quod in testibus præter naturalem qualitatem nullam aliam exegerit, ne forma ab ipso præscripta iisdem periculis, & detrimentis, quæ eam præscribendo vitare voluit, obnoxia fieret.

Argumenta opposita in contrarium intentum non evincunt. Ad 1. can. placuit cit. loquitur in genere de testibus; ostendi autem ex hoc genere Matrimonium excipi; c. consultationi, & c. attestaciones requiruntur ad Matrimonium probandum testes legitimi, & idonei; sed tales juxta probata sunt quicunque, qui creduntur posse, & velle verum dicere: & denique c. ex literis agitur de dissolutione Matrimonij propter impedimentum, cujus diversa est ratio, quàm contractus Matrimonij, & ejusdem probatio; nam Contractus Matrimonij, & ejus contracti probatio favorabilis est, ac propterea ibidem sufficienter faciendæ non idonei; at dissolutio ejusdem in conjugis, & ipsius etiam Sacramenti gravissimum præjudicium cedit, & ideo ad impedimenti probationem, propter quod dissolutio ejusdem fiat, non quicunque testes sufficienter, sed esse debent omni exceptione majores, sicut in causis criminalibus, quibus causa Matrimonialis, ad dissolutionem faciendam instituta, æquiparatur. Ad 2. Ut vitium clandestinitatis tollatur, sufficit, ut plena haberi possit Matrimonij contracti probatio. hæc autem jam habetur, etiam testes non sint omni exceptione majores; nam, ut jam dictum est, pro Matrimonio plenam fidem faciunt etiam testes alias non idonei, & etiam isti non luterent, illorum tamen defectum supplet præsentia Parochi, qui testis est plusquam habilis, & qualificatus. Ad 3. ex c. super eo cit. potius constat, ad probationem Matrimonij non requiri testes omni exceptione majores; nam etiam mater ibi repellitur a ferendo testimonio, admittitur tamen contestis famina, licet non omni exceptione major sit c. forus 10. fin. de V. S. Hinc causa, quod mater ibi à testimonio, in causa Matrimonij dicendo, repulsa fuerit, non erat, quod non fuerit testis omni exceptione major, sed quia ejus fides erat valde suspecta propter desiderium incrementi, & honoris filiarum suarum, proveniens ex Matrimonio cum viro nobili, & divite, à quo filiam suam Affidatam, sive per verba de presenti sibi desponsatam voluit testificari. Ad 4. Nego, quod idem sequatur inconveniens; quia ad probandum prius Matrimonium sufficienter in hoc casu etiam ij testes inhabiles, usque adhibetur fides, ob rationes n. præc. allatas. Ad 5. Hic casus rarus est, & cum incommoda omnia vitari non possint, aliqua toleranda sunt, ne Contractus Matrimonij fiat terè impossibilis: quod contingeret, si timor, ne corrupti testes falsum deponant, valorem Matrimonij tollerent.

370 **Queritur 2.** Quomodo testes cum Parocho praesentes esse debeant Contractui Matrimoniali? *Res.* debent esse praesentes non tantum physice, seu corpore, sed etiam moraliter, & modo humano sive ita, ut Sponfos in Matrimonium de praesenti consensisse intelligant, & de hoc Ecclesiae fidem facere possint. Ita Henricq. l. 11. de Matr. c. 3. n. 1. & 9. Petr. de Ledesm. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 2. §. in cuius rei, Sanch. l. 3. de Matr. D. 39. n. 1. Guier. c. 69. de Matr. n. 2. Conink D. 27. de sac. n. 44. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 6. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 8. n. 11. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 78. Zypæus l. 4. consulti. 3. pr. Pignatell. tom. 7. consulti. 62. n. 1. Monacelli. p. 3. tit. 2. form. 5. n. 7. §. seqq. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2. §. 4 n. 32. Zoxl. hic n. 12. Engl. n. 14. S. hambog. n. 17. König n. 11. & 19. Reiffentuel n. 106. & teste Monacelli. l. cit. n. 13. S. Congr. in Roman. Matr. 7. Mart. 1700. Ratio est, quia non censetur in Jure praesens ille, qui non adest modo humano, intelligens, & advertens, quid agitur l. coram Titio 209. ff. de V. S. Conf. Quia ideo Tridentinum petit attentionem Parochi, & testium, ut illi de ejus contractu testificari possint, sed ubi praesentia non est moralis, & humana, & testificari nequeunt. ergo &c.

371 **Et hinc sequitur 1.** Invalide contrahi Matrimonium, si testes sint ebrii, dormientes, vel non advertant, quid agatur, aut non advertere possint, quia sunt infantes, amentes &c. Sanch. n. 1. cit.

2. Non valet Matrimonium attentatum inter Titium, & Bertham coram proprio Parocho, per fraudem ad hortum vocato, qui profugit statim, atque pronuntiare audivit Titium *Ego do*, & juratus coram Judice asseruit, se ulterius nihil audivisse, ex Bertha vero nec signa, nec verba intellexisse, quamvis testes asserant, utrumque plene pronuntiasse, *Ego do tibi fidem meam Christianam*, & Parochum, si voluisset, intelligere potuisset; nam sive noluit, sive perturbatus inopinato attentato, vel per clamores, qui probantur, non potuerit, parum interest, dummodo revera non intellexerit; nam scire eum oportet, non velle. Zypæus cons. 3. cit. pr. fin.

372 3. Similiter non valet Matrimonium, contractum coram Parocho, qui vel personas contrahentes non noscit, vel ipsarum idioma non intelligit, ita, ut nesciat, quid actum sit, & inter quos; hoc enim si fiat, testificari de Matrimonio non potest. Quod procedere Pont. l. 5. c. 21. n. 10. & Clericat. decis. 35. n. 6. putant etiam de calu, quo contrahentes loquuntur per Interpretem, ex ratione; quia Parochum oportet esse praesentem, tanquam testem infallibilem, & certum de consensu Sponforum. at si per interpretem intelligere debet idioma contra-

R. P. Schmalzgrueber L. IV.

hentium, nequit agere testem infallibilem, & certum de consensu Sponforum, cum per interpretem falli possit, & decipi. Sed communior cum Sanch. l. 3. D. 39. n. 3. & Bosco concl. 14. à n. 530. affirmat Matrimonium per interpretem contractum valere: quia etiam valent alij Contractus per interpretem initi. Estque in hoc casu, ut idem Sanch. n. 4. notat, credendum dicto solius Interpretis; quia non est testis, sed communij contrahentium consensu electus, ut declarat mutuum eorum consensum.

**Dubium est**, an Parochus, & testes 233 contractui Matrimoniali simul praesentes esse debeant, an verò sufficiat, ut adsint successive? *Videtur* sufficere; quia praesentia illorum ad alium finem non requiritur, quam ut ipsorum testimonijs de Matrimonij contractu fides fiat Ecclesiae, hæc autem fieri potest Ecclesiae, si successive praesentes sint, ergo &c.

Sed dicendum, ad valorem Matrimonij requiri praesentiam Parochi, & testium simultaneam. Ita Veracruz *append. ad Specul. dub. 6. concl. 4.* Sanch. l. 3. D. 41. n. 3. Bonacin. de Matr. q. 2. p. 8. n. 44. Perez D. 40. sect. 9. n. 3. Bosco D. 11. sect. 9. concl. 15. n. 596. König hic n. 19. Wiestner n. 62. Reiffentuel n. 107. Magnif. P. Schmier p. 3. c. 5. n. 155. *Ratio est*, quia ex mente Trid. Parochus, & testes de uno, eodemque actu Contractus Nuptialis fidem facere Ecclesiae debent. hoc autem non possunt, si successive tantum, & non simul praesentes sint; quia essent testes singulares, & Parochus quidem de uno actu, testes verò de alio testimonium perhiberent. igitur cum testes singulares minus probent, quam totidem non singulares, sive de uno, eodemque Contractus actu testificantes, dum Concilium requirit præter Parochum duos, vel tres alios testes, videtur requisivisse praesentiam illorum simultaneam: quod satis innuit laudata Synodus, dum §. qui aliter cit. ait, *Alter, quam praesente Parocho... & duobus, vel tribus testibus* &c. per Conjunctionem Copulativam Et conjungendo Parochum, & testes.

Ex quo cadit Argumentum in contrarium. *Neque obstat*, quod in alijs Sacramentis sufficiat simultas moralis materiae, & formae; quia in praesentia testium, & Parochi non consideratur simpliciter ipsa praesentia, sed quatenus ea habilis est ad probandum Matrimoniale Contractum.

**Queritur 3.** Utrum ad valorem Matrimonij requiratur, ut testes ante contractum Matrimonij sint ad hoc requisiti? Affirmant Pont. l. 5. c. 21. n. 4. Fagnan. in c. quod nobis 2. b. tit. n. 54. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 48. n. 32. & seq. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. & Matr. c. 5. n. 153. & inclinatur P. Reiffentuel hic n. 111. & verum. Rationem dant, quia quando pra-

X 2

sen-



sentia alicujus requiritur pro forma, & substantia alicujus actus, non sufficit, quod quis casualiter, & ad eum non requisitus adsit, cum qui casualiter adest, adesse non censetur *arg. l. quaesitum 78. §. fin. ff. de Legat. 3.* Hinc testis repentinus dictum non attenditur, quia non praesumitur informatus *can. qui ambulat 5. caus. 5. q. 5.* semper enim attenditur, quod principaliter agitur, non quod casualiter, & incidenter sit *l. si quis nec causam 4. ff. de reb. credit.*

235 Contra negant, quod Parochus, & testes debeant esse rogati, Sanch. l. 3. de Matr. D. 39. n. 7. Gutier. de Matr. c. 55. n. 9. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 6. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 13. n. 1. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 89. & n. 139. Bosco concl. 14. n. 558. Gobat. tr. 9. cas. 18. n. 292. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 33. Zoel. hic n. 12. Wiestner ibid. n. 64. & allegant pro se Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. ubi cum neque in qualitate testium, neque de rogatione quidpiam cautum invenitur, luculenter innuitur, aequè parum rogationem testium, ac certam qualitatem ad Matrimonij valorem exposci. Sed responderi P. Schmier l. cit. n. 153, in Trid. rogationem testium implicite requisitam esse, quatenus, cum praesentia testium sit de forma, non voluit, ut casualiter tantum, & per accidens intersint; quia per sepe contingeret, ut vel testes, quod tractatum, aut contractum sit, non advertant, vel eorum, quae tantum per transennam, & fortuito cognoverunt, obliviscantur.

236 Judico utrique Sententia tribuendum aliquid, & dicendum, sufficere, si Parochus, & testes, qui casualiter primo praesentes sunt, à contrahentibus dein de intentione sua moneantur, & requirantur, ut testes Matrimonij contrahendi esse velint. Et hoc ob complures Declarationes Cardd. quarum una apud Pont. l. cit. sic habet: *An sit Matrimonium, si duo contrahant per verba de praesenti, proprio Parocho praesente, & alijs requisitis non omissis, cui contractui Parochus formaliter adhibitus non fuit, sed dum forte convivij, vel confabulationis, vel aliud tractandi causa adesset, audit hujusmodi contractum geri, & postea alter contrahentium velit ab hujusmodi contractu ratione defectus resilire: S. Congregatio respondit posse, nisi alia inter venerint, quae Parochum à contrahentibus adhibuitum fuisse arguant.* conf. vi hujus Decreti requirit, ut Parochus, & testes sint adhibiti, atqui jam censentur adhibiti, si qui initio casu adsunt, moneantur à contrahentibus de sua intentione, prout innuitur in Decreto cit. nam post verba cit. de Parocho haec subjunguntur: *Qui diceretur adhibitus, quamvis ex alia causa fuisset vocatus, dummodo sit adhibitus ad illum actum.*

237 Queritur 4. Utrum sufficiat praesentia Parochi, & testium, vi, aut dolo ex-

torta? Negat Segura p. 2. Direct. Jud. c. 15. n. 588. & videtur istud probari 1. quia Parochi, & testium praesentia debet esse humana, & humana est hominis, ut homo est. homo autem constat intellectu, & voluntate, igitur ut praesentia illorum humana sit, tam advertentiam intellectus, quam voluntatis consensum postulat: consensus voluntatis in vi detento deficit, ergo &c. 2. Quando in Jure aliquid praecipitur fieri coram aliquo, debet is interesse moraliter secundum suum modum, & officium. officium autem Parochi in Matrimonio non est puri testis sed assistere debet nomine Ecclesiae, approbando Matrimonium, & praebendo Sacramento auctoritatem, quae non praestatur ab invito, ergo &c. 3. In Jure idem est abesse, & adesse, si deficiat consensus juxta doctrinam Baldi l. cum non solam, §. necessitate n. 5. C. de bon. que liber. &c. ergo dum Parochus, & testes adsunt inviti, perinde est, ac si abessent. 4. Si Tutor per vim retentus sit invitus, non valet, quod agitur l. quamquam 1. fin. ff. de auth. & consens. tutor. & ratio additur; quia praesentia corporis non sufficit ad auctoritatem, ergo similiter non praestabit auctoritatem Matrimonio Parochus vi detentus nec valet, quod agit. 5. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. praecipit, ut Parochus interrogatis contrahentibus, dicat, *Ego vos conjungo &c.* quod non praestatur, ubi consensus deficit.

Sed dicendum, valere Matrimonium, 238 quamvis Parochus, & testes vi detenti intersint, modo, quid inter Sponfos agatur, intelligant. Ita Henricus l. 11. de Matr. c. 3. n. 1. Petr. de Ledem. de Matr. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 2. Vega l. 6. Summ. cas. 116. Sanch. l. 3. D. 39. n. 9. Gutier. c. 69. de Matr. n. 10. Conink D. 27. de Sacram. n. 44. Pont. l. 5. c. 21. n. 5. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 32. n. 82. & seqq. Palao tr. 28. D. 2. p. 13. §. 8. n. 11. Perez D. 40. sect. 10. n. 5. & 9. Dian. p. 10. tr. 13. resol. 16. Zypaeus l. 4. consult. 5. n. 4. & 5. & l. 4. respons. 1. n. 1. Bosco D. 11. sect. 9. concl. 14. Fagnan. in c. quod nobis 2. b. tit. n. 40. Gonzal. in c. fin. eod. n. 8. Gobat Exper. tr. 9. n. 492. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2. §. 4. n. 32. Monacell. p. 3. tit. 2. form. 5. n. 12. Vallens. hic n. 8. Zoel. n. 12. Honor. n. 7. Engl. n. 14. Pirhing n. 23. Schambog. n. 18. König. n. 11. Wiestner n. 64. Reiffenstuel n. 108. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 5. n. 134. & 156. & alij RR. allegantes pro se Declarationes Card. inter quas apud Farin. pag. 268. una sic habet: *Dummodo Parochus sit praesens, & intelligat id, quod agit, licet dissentiat, & contradicat; adhibitus vero Parochus intelligitur, etiam si ex alia causa vocatus sit, dummodo sit adhibitus ad illum effectum; alia ita: An vero si invitus, & compulsus adsit Parochus, ---*  
tael

ale Matrimonium subsistat? Congregatio respondit, subsistere.

Ratio est, quia etiam sic obtinetur finis, & impietur præceptum Tridentini. Finis quidem; quia sive spontè, sive inviti inter sint, modò intelligant, quid inter Sponsos fiat, testari de Matrimonij contractu possunt, ut colligitur ex l. coram Titio 209. ibi: Scire autem, non etiam velle is debet, cum eo invito rectè sit. ff. de V. S. sic autem jam obtinetur finis Tridentini; quia eorum testimonio de Matrimonio fides fieri, ejusque dissolutio, & alterius celebratio impediri potest, quod per præsentiam Parochi, & testium intendit Tridentinum. præceptum verò; quia §. qui aliter sepe cit. nihil aliud præcipitur, quam ut celebrentur Matrimonia coram Parocho, & testibus præsentibus, atqui præsentè aliquo, sive coram aliquo fieri id dicitur, quod fieri etiam invitò advertit l. coram Titio cit. & Gloss. in Extrav. Execrabilis Joann. XXII. V. coram de Præbend. ergo &c. Cons. Ex praxi Curiarum tum Germaniæ nostræ, tum aliarum, etiam Romanæ, pro ratis habentium Matrimonia, quæ coram Parocho, & testibus, etiam casu solum intervenientibus, vel dolo, aut vi coactis celebrantur.

Addidi autem in responsione, ad valorem assistentiam talem sufficere; certum enim est, ejusmodi Matrimonium, in quo præsentia Parochi dolo, aut vi extorta, vel procurata est, esse illicitum, & sic contrahentes graviter peccare, ut bene monent Sanch. l. cit. n. 12. Gutier. n. 13. Conink n. 45. fin. Pal. n. 11. Bosco concl. 14. Zœl. n. 12. Wiestner n. 64. fin. Reiffenstuel n. 113. Magnif. P. Schmier n. 157. Ratio est tum injuria, quam inferunt Parocho, tum contemptus Ecclesiæ; non enim ejus autoritate contrahunt, & sæpe sic contrahentes contrahunt Denuntiationibus omittis. Aliud dicendum Sanch. l. cit. putat de testibus; nam si hi soli ad interessendum inducantur dolo, aut vi detineantur; peccabunt quidem sic contrahentes, non tamen mortaliter, nisi injuria gravis sit. Rationem disparitatis dat; quia ipsi non gerunt vices Ecclesiæ, autoritatem præstando ipsius nomine, sicut Parochus præstat, sed testium ministerium solum obeunt, quod æquè præstare possunt vi detenti, aut ad aliud dolo vocati. Imò si gravis causa, & necessitas ad contrahendum urgeret, & Parochus, vel testes absque justa causa recusarent, licitè astu aliquo, & æquivocatione, sine mendacio tamen, inducerentur ad interessendum Matrimoniali Contractui Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 6. Conink D. 27. dub. 4. fin. Dicaill. D. 3. n. 169. Bosco concl. cit. n. 589. Reiffenstuel n. 114. quia, ut Reg. 4. de R. J. dicitur, Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum.

Neque contrarium probant Argu-  
menta allata n. 237. Ad 1. Licet præsentia moralis perfecta tam advertentiam intellectus, quam consensum voluntatis requirat, ad imperfectam tamen sola advertentia intellectus sufficit: & hæc sola ad valorem Matrimonij in Parocho, & testibus ex Concilij mente desideratur, cum & ipsa clandestinitatem excludat, & sufficiens sit ad testificandum de Matrimonio. Ad 2. Utramque præsentiam in Parocho desiderat Tridentinum: & quidem ejus tanquam testis qualificati præsentiam desiderat ad substantiam Contractus, tanquam præstantis autoritatem nomine Ecclesiæ solum de præcepto. Ad 3. Ea doctrina procedit, quando consensus alicujus exigitur cum præsentia: quod in Matrimonio non exigitur, cum sola præsentia ad testificandum sufficiens sit. Ad 4. Disparitas est; quia ad valorem contractus à pupillo celebrari requiritur præsentia Tutoris, non tanquam testis, sed ut contractui consensu suo autoritatem præstet, quod ad valorem Matrimonij respectu Parochi non requiritur. Ad 5. Ea verba, ut infra n. 248. dicam, non sunt de necessitate Sacramenti, sed solius præcepti.

Quæritur 5. An Parochus Catholicus possit licitè assistere Matrimonij Hæreticorum, qui in sua Parochia degunt? Affirmant Layman. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 8. Pirhing. hic n. 21. Schambog. ibid. n. 16. & allegant pro se praxin Germaniæ nostræ. Rationem dant, quia si hoc ipsi prohibitum esset; esset ei prohibitum vel propter irreverentiam, quæ inferretur Sacramento, dum ejusmodi indignè illud suscipiunt, vel ratione communicationis cum Excommunicatis, quales Hæretici etiam sunt, interdictæ, non ob primam causam; quia Parochus non est minister hujus Sacramenti, sed tantum testis: non ob secundam; quia Hæretici, nisi sint nominatim denunciati, post Concilium Constantiense non sunt vitandi sive in Sacris, sive in Politicis.

Sed contrarium, teste Vincent. Petra tom. 4. comment. fol. 75. n. 8. pluries respondit S. Congr. Concil. præsertim sub die 22. Jun. 1624. l. 12. Decret. dum censuit, quòd si alter tantum ex conjugibus sit Hæreticus, sive ambo, nullatenus debeat Parochus hujusmodi Matrimonij assistere. Quod extendit cit. Petra n. 9. etiam ad illas Provincias, in quibus impune grassatur Hæresis: pro quo adducit aliud Decretum S. Congr. Concil. in Gnesens. 1590. l. 6. Decret. fol. 111. ibi: In partibus Prussie, & Pomeraniæ sævè omnes sunt Hæretici: nunc queritur, an liceat Presbyteris Virum Catholicum cum Hæretica muliere, & à converso Matrimonio conjungere? S. Congr. respondit, non licere conjungere. Sed fortè istud intelligi duntaxat debet, quando periculum est aut perversionis ex parte Sponsi Catholici; aut maiæ educationis prolium: unde

sicut, quando his periculis sufficienter caveatur, & insuper rationalis urget causa, in partibus Germaniæ nostræ licitè Catholicus cum Aetholica, & è converso contrahunt, ita etiam Parochus Catholicus tali Matrimonio licitè assistet.

- 244 Quæritur 6. Utrum ea verba, *Ego vos in Matrimonium conjungo* &c. vel alia similia, quæ Concilium Trid. sess. 24. c. 1. de reform. Matr. proferri à Sacerdote, vel Parocho assistente præcipit, sint de essentia Matrimonij? *u.* Negativè: & hinc etiam Parochus, vel Sacerdos assistens Matrimonio illa non proferat, validum tamen Matrimonium erit. Sanch. l. 3. de Matr. D. 38. n. 4. Gutier. de Matr. c. 69. n. 3. Conink D. 27. de Sacr. n. 45. Pal. tr. 28. D. 2. p. 13. §. 8. n. 12. Zy-

pæus l. 4. conf. 5. n. 8. Gonzal. in c. fin. h. tit. n. 9. Pirhing hic n. 22.

Interim tamen verba illa sunt de necessitate præcepti; conf. Parochus illa omit-<sup>245</sup> tens peccabit, & quidem graviter, ut putat Salzedo præf. c. 73. §. secundò illud, Vega l. 6. summ. cas. 112. §. 116. Pirh. hic n. 22. fin. quia Concilium utitur verbis præceptivis, & res gravis est. Alij tamen cum Sanch. l. cit. n. 7. Gutier. n. 15. Conink n. 45. Gonzal. n. 9. existimant omissionem illam peccatum veniale non excedere; quòd cum nec forma Sacramenti sint, nec pertineant ad solennitatem magni momenti, nec includant aliquod Mysterium magnæ significationis, videatur esse materia tantum levis.

### §. IV.

#### De Probatione Matrimonij Clandestini, & ejus Publicatione.

## S U M M A R I U M.

246. An, & à quo probari debeat Matrimonium clandestinum?  
247. A viro, an femina?  
248. Resolvitur probandum asserenti contrarium esse.  
249. 250. 251. Quid agendum, si Matrimonium clam contractum sit, & ita occultè, ut

- legitima ejus probatio haberi nequeat?  
252. Quale Matrimonium sit observandum, si Titius primò cum Bertha contraxit Matrimonium clandestinè, postea cum Caja palam, seu publicè?  
253. Quis sit Effectus publicationis Matrimonij clandestini?

246 Quæritur 1. An, & à quo probari debeat Matrimonium clandestinum? Procedit quæstio hæc de Jure antiquo, & Jure etiam novo in terris, ubi Tridentinum quoad Decretum irritans Matrimonia clandestina receptum non est; nam ubi receptum est, cum contractum ita irritum sit, dicens se ita contraxisse, non debet compelli ad id probandum; quia compelli nemo debet ad probandum illud, quod probatum non relevat l. ad probationem 21. c. de Probat. Locus ergo quæstioni solum est casu, quo ita contractum validum est: quo casu, ut censeatur contractum, probari debet, ut constat ex c. si quis 1. h. tit. & ratio est; quia facta regulariter non præsumuntur, nisi probentur c. quoniam 11. fin. de Probat.

247 Dubitari potest, cuinam, viro, an mulieri, onus hoc probandi incumbat? Et Rationem dubitandi facit c. si quis cit. ibi: Si quis clam desponsaverit aliquam, & mulier, vel vir negat hujusmodi desponsationem, viro incumbit probatio: quibus verbis videtur dici, quòd sive vir, sive mulier desponsationem ejusmodi neget, probatio semper incumbat viro; quia vir est caput mulieris.

248 Sed dicendum, quòd probatio incumbat dicenti, seu asserenti contractum esse: conf. si mulier neget desponsationem; esse factam, vir autem affirmet, probatio incumbet viro; si verò vir neget, mulier affir-

met, probatio incumbet mulieri: nam ut constat ex l. ei 2. ff. de Probat. ei semper incumbit probatio, qui dicit, non qui negat; & hinc in c. si quis cit. subintelligi istud debet. Ratio est, quia idem iudicium quoad hoc est de muliere, quod de viro. Gloss. in c. si quis cit. v. viro incumbit in fin. Abb. ibid. in casu, Honor. hic n. 2. Schambog. n. 29. Pirhing. n. 32. & hoc teste alij DD. communiter.

Quæritur 2. Quid agendum, si Matrimonium clam contractum sit, & ita occultè, ut legitima ejus probatio haberi nequeat? *u.* Cum distinctione: Vel enim qui ita contraxerunt, negant ita se contraxisse, vel id affirmant. Si neget uterque, vel alteruter contractum esse, eo casu compellendi non sunt, ut simul cohabitent, & se tanquam conjuges tractent. Si verò uterque affirmet, regulariter standum est assertioni illorum, & recipiendum est illud Matrimonium, ac comprobandum ab Ecclesia, tanquam si à principio in conspectu Ecclesiæ contractum fuisset, prout habetur, quod nobis 2. h. tit. & docet ibidem Abb. not. 2. Alex. de Nevo n. 4. Honor. hic n. 11. Pirhing n. 33. §. 34. Schambog. n. 29. & alij passim. Procedit hoc iterum tantum in terris, ubi clandestina Matrimonia valent.

Ratio prime partis est, quia Ecclesia, si sive Ecclesiasticus Judex non judicat de oc-

culis, quæ probari non poffunt *can. erubefcant 11. diff. 32.* Gloff. hâc *V. compellendi* Imò tali cafu clam contrahentes ab invicem funt feperandi per Ecclefiam, eò quòd Canones præfument, nullum inter eos contractum effe legitimum Matrimonium, fed potiùs adulterium, fluprum, aut fornicationem.

*Ratio fecundæ partis*; quia tunc conflat Ecclefia, inter eos Matrimonium contractum effe: ideòque recipitur, & approbatur ab hac tale Matrimonium, tanquam legitime probatum per Confeflionem partium contrahentium.

851 Dixi autem *Regulariter*; excipi enim debet, nifi agatur de præjudicio alterius Matrimonij publicè contracti; quia tunc non eft credendum fimplici afferioni contrahentium, nifi Matrimonium claudefinum aliter probetur, vel oftendatur, illud, quòd publicè contractum eft, ob impedimentum dirimens fuiiffe irritum. *Fagnan. in c. 2. cit. n. 5. 6. 7. Pirhing hic n. 34. not. 3.*

852 Quæritur 3. Quale Matrimonium fit obfervandum, fi Titius primò cum Bertha contraxit Matrimonium claudefinè, poftea cum Caja palàm, feu publicè? *U.* Si prius claudefinum fufficienter probari non poteft, non eft cogendus Titius ad obfervandum prius Matrimonium, fed potiùs ad pofterius contractum publicè, ut rectè

monet Pirhing *hic n. 35.* *Ratio eft*, quia etfi per pofterius Matrimonium, utpote reipfa nullum, non fit diffolutum prius, de priore tamen, utpote clam contracto, ex defectu probationis non fufficienter conflat Ecclefia, de pofteriore verò conflat. Igitur cum de ea re, de qua cognovit Judex, etiam pronuntiare debeat *l. de qua re 74. ff. de re judic.* Judex Ecclefiafticus eo calu compellere debet Titium ad obfervandum Matrimonium fecundum; ipfe tamen Titius obfervare illud contra confcientiam fuam non poterit, fed debet potiùs Excommunicationem, fi hæc in illum feratur, humiliter fuftinere; licèt hæc ipfum duntaxat liget in foro externo, non verò in interno.

Quæritur 4. Quis fit effectus publicationis Matrimonij claudefini? *U.* Ubi validè Matrimonium claudefinum poteft contrahi, Publicatio illius hunc effectum Matrimonio tribuit, acfi ab initio in facie Ecclefia contractum fuiiffet, ut patet ex *c. quod nobis 2. b. tit. in fin. & advertit Alex. de Nevo ibid. n. 7. Pirhing n. 34. not. 4.* Ex quo fequitur prolem, ex tali Matrimonio ante publicationem illius fufceptam, poft factam publicationem pro legitima omnino habendam, licèt poftea detegatur impedimentum occultum, ob quòd Matrimonium ipfum revera fuit irritum. Videatur *n. fuprà 79. & duo feqq.*

## TITULUS IV.

### De Sponfa duorum.

Hoc Titulo duo proponuntur Matrimoniorum Impedimenta, unum *Ligaminis* dirimens, alterum *Sponfalium* impediens. *Priore* iftorum invalidum eft Matrimonium, quod poft aliud contractum cum alia, initur cum fecunda, ftante vinculo prioris Ma-

rimonij. *Postiore* prohibetur, ne qui Sponfalicia de futuro cum una contraxit, ante illorum diffolutionem aut Sponfalicia aut Matrimonium contrahat cum alia, & ftatuitur, Sponfalicia quidem fecunda invalida omnino effe, Matrimonium verò illicitum.

### §. I.

#### De Impedimento Ligaminis.

## S U M M A R I U M.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Definitur Impedimentum Ligaminis.  | 11. Nunc omnibus prohibita.   |
| 2. 3. Requirita, ut inducatur hoc Impedimentum.   | 12. Polyviria prohibita eft Jure Divino, & Naturali.                        |
| 4. Effectus ejus primarius.   | 13. Poteft tamen in hac difpenfare Deus.                                    |
| 5. Hujus extensiones.   | 14. Quæ difpenfatio non eft proprie dicta.                                  |
| 6. Effectus fecundarius illius eft poena: ubi, quæ poena fit inducitur Jure Civili fuper crimine Polygamie. | 15. Altera Polygamie fpecies certò prohibita eft Jure Divino.               |
| 7. Poena Juris Canonici.  | 16. An etiam naturali, difconveniunt DD. Sententia affirmans.               |
| 8. Polygamie definitio, & duplex ejusdem fpecies.   | 17. 18. 19. Sententia negans.   |
| 9. Ex primeva Matrimonij inftitutione illicita eft.   | 20. Sc. Tenetur via media.  |
| 10. Poftea permiffa populo electo,  | 24. Secundum Matrimonium, ftante Matrimonio prius contracto, invalidum eft. |

25.